



Roderique 87.  
de Abbatibus monasteriorum  
Malmundariensis et Stabulensis.





M. J. Martens 1805 3/8  
Ley 1/6 i - + 16.


UB Düsseldorf

+4142 131 01









IGNATII RODERIQUE  
DE  
ABBATIBUS  
MONASTERIORUM  
MALMUNDARIENSIS  
ET  
STABULENSIS  
DISCEPTATIO  
TER TIA, PRIMA  
Adversus  
VINDICIAS STABULENTES  
D. EDMUNDI MARTENE  
PRESBYTERI BENEDICTINI  
E Congregatione S. Mauri.



COLONIÆ Apud Authorem  
Anno MDCCXXXI.

O. u. H. G. 439.  
<sup>2<sup>Be</sup></sup>





## PRÆFATIO.



Am ab aliquot mensibus tertia hæc Disceptatio præludores excusfit. Ut statim publici juris facerem, Amici, nomen meum, ipsa postulabat Veritas. Fuit tamen, quare hactenus pre mendam duxerim. In ea cum uno Marteno mihi res est; verum non tantum posuerant in sui hyperaspistæ calamo Stabulenses, ut putarent, meas Disceptationes ejus opera abunde labefactandas esse: alias præterea machinas iis adhibere vi sum. Has quoque explicare semper mihi propositum erat; ut commode possem, fuit mihi in hanc diem exspectandum, qua primum, quantum oportebat, patere cœperunt.

Cum decimo sexto ab editis prioribus Disceptationibus mense Malmundario transirem, a Syndico Capituli Stabulensis coram Consilio Provinciali Stabulensi judicio convenior, criminis læsa Majestatis postulor atque ad pœnas tanto facinori dignas depositor. Læsa crimen in eo positum, quod instrumenta aliquot Stabulensia interpolata aut spuria, rationibus allatis, pronunciaverim. Consilio huic nulla in me jurisdictione competebat, neque nunc competit; adhac præerat illi accusacionis totius auctor. Quia tamen causa bonitas animos mihi faceret, excepti onibus debitibus factis, tandem coram eo egi: scripsisse me Historice, en Historien; nihil odio, nihil partium studio datum. Qua diplomata excusserim, ea per typos publici juris facta, neque ullo juridico charactere instructa ad censuram aut examen arcendum. Baronii, Cointii, Pagii, Launoii, Alexandri, Conringii, Tenzelii, Leibnitii, Papebrochii, Mabillonii aliorumque summorum virorum vestigiis insistentem, ea secundum principia Historiae & regulas artis, en Historien, expendisse. Poteram addere, esse inter hæc instrumenta aliqua, quæ S. Rota semel & iterum, alia, quæ Leodienses & Malmundarienses semper rejecerunt; atque alia, quæ Martenus rogatus edere, oppugnata propugnare non sustinuerit. De cetero petivi, ea instrumenta indicaret Syndicus, quorum impugnatione crimen læsa peccasset. Atqui dum ita reponebam, videbar mihi, & ea afferre, quæ Actionem perimere deberent, & rem aquissimam petere. Sed frustra eram. Unum hoc judicibus visum est decernere, de faire conster de ma qualité d' Historien par moi alleguée. Non id ego dixeram, sed hoc solum fueram professus, me en Historien, id est, secundum Principia Historiae scripsisse. Id ego semel & iterum monui Judices. Sed erat in fatis meis scriptum, me Stabuleti condemnando n esse. Itaque, quia non docuissem, esse me Historici officio insignitum. tri stis in me sententia fertur: non fuisse mihi licitum librum, de quo querel scribere, edere, publicare. Librum, inquam, quem (nam non fuerat as Acta positus) nec legerant, nec viderant, qui illum nigro theta notabant, Stabulenses Judices. Quod par erat, ad Augustissimum provocavi. Processus illico Wetzlarie concessi. Nec mora, Cameræ mandatum Syndico insinuatur. Hic coram Tribuna li

li comparere reformidans, cuius Praes non sit idem cause actor; cuius Judices de libro, quem nec legerint, nec viderint, nunquam statuturi sint, illud manibus pedibusque declinare porrecto magno & sacro libello, quo contendit, me processus subreptitie & obreptitie impetrasse. Eum non est opera & pretium hic excerpere; est tamen faciendum, ut ex ungue leo noscatur. Afferuerat pridem magna emphasi Syndicus, me instrumentorum, quae impugnavi, vera autographa nunquam oculis usurpare; inde vero consequi, Disceptationum mearum objectum esse copias falsificatas: des copies falsifiees. Fassus sum, me Autographa non vidisse: inde vero consequebatur, me neque ea oppugnare: oppugnabam enim, quod videram. Quod addebat Syndicus, Objectum mearum disceptationum esse copias falsificatas, ideo quoque fateor, dico, contendo; ad: o ideo non levibus momentis demonstrare conatus sum. Quare nulla superabat amplius me reprehendendi aut accusandi ratio; nisi si forte crimen est, ea instrumenta falsa dicere, quae ipse Syndicus, Stabulensis Capituli nomine & jussu, falsificata fateretur. Intellexit, sed sero, hujus disputationis vim; ei ut nunc occurrat, in libello supplici Camerae exhibito, dicit, Martenum Originalia instrumenta vidisse; inde haud dubie conclusurus, me quia illa, uti a Marteno edita sunt, impugnavi impugnoque, ipsa Originalia impugnare. Et hujus disputationis quam infirmi sint nervi, nullo negotio ostenderemus; sed negemus, Martenum Originalia vidisse. Ipse negat in ipso Vindiciarum limine. Stabuleum, inquit, cum accessissimus, a R. & Ampl. Priore Theodardo de la Haye certisque fratribus cum omni humanitate excepti sumus. Omnia nobis aperta & communicata, bibliotheca, Archivium. Discursis aliquot diebus codicibus MSS, EXHIBITUM EST NOBIS CHARTULARIUM, IN QUO, cum plura legissimus Regum primae Stirpis & aliorum diplomata, ea rogatu nostro jussit exscribi humanissimus Prior. En tibi quod Martenus vidit! Chartularium. En fontem unde edita ab eo instrumenta hausta sunt! Chartularium. De Autographis ne verbum quidem. Atqui cum soleat ibi, ubi ea edit, indicare, unde hauserit, nullibi indicat, hauisse ex Autographo. Et tamen non veretur Syndicus Stabulensis oppositum persuadere velle Camerae Imperiali. Ita comparata sunt reliqua Actionis ejus capita. Quare uti ea orbi literato probabitur nunquam, ita certum mihi est, nunquam probandam esse sapientissimis Judicibus, qui, pro ea, qua sunt omnes instructi, eruditione, abunde norunt, & Jus Publicum, & Historiam Imperii, & Historiam Ecclesiasticam, tum demum tenebras, quibus ante duo saecula involvebantur, dissipasse, cum diplomata examinari coepit, corrupta & sanis, spuria a genuinis separata sunt.



DE PRIMIS  
**ABBATIBUS**  
 STABULETO-MALMUNDARIIS  
**DISCEPTATIO III.**

*ADVERSUS*

R. D. EDM. MARTENE.



Eminis meis de **Abbatia Stabuleto-Malmundariensi** Disceptationibus , Wirceburgi ante biennium impressis, Vindicias tandem opposuit R. D. Edmundus Martene. Libri, minori in folio editi, titulus ita habet : *Imperialis Stabulensis Monasterii jura propugnata adversus iniquas Disceptationes Ignatii Roderici de Abbatibus & origine Stabulensis ac Malmundariensis Monasterii. Vindice Domno Edmundo Martene, Presbytero & Monacho Benedictino e congregazione S. Mauri. Coloniae Agrippinæ apud Viduam Slebusch. M. D. CC. XXX.*

Etsi ita præfert titulus, constat attamen, nec esse impressas , nec prostare apud Viduam Slebusch. Adeo ne *Coloniae Agrippinæ* quidem lucem aspicerunt. Et eorum, qui Typos ex habitu norunt, & aliorum , qui aliunde scire possunt, constans est hæc opinio, prodiisse Leodii. Additur etiam *Bibliopolæ Typographique* nomen, quod propalare meum non est. Librorum, quemadmodum & liberorum, qui suos natales celant, apud eruditos cordatosque viros exile pas- sim est pretium existimatioque non bona. Attamen non sine causa hoc consilio utsi videtur Martenus. De Ecclesiæ Leodiensis juribus Episcopalibus ea primis tribus capitibus scripsit , quæ a Typographo aut *Bibliopolæ Leodiensi* non poterant tuto edi. Amoliri , quo ad ejus fieri posset , ab eorum cervici- bus molestiam omnem, viri boni erat. Neque est, quod *Bibliopolæ Colonien- sis*, cuius videtur mentiri nomen, jure queratur. Videtur enim duntaxat , re- ipsa non præfert, cum duæ litteræ, ad illud ex vero exprimendum , desideren- tur. quod a Typographo studio factum esse , celebris *Bibliopolæ Leodius* viro nobili mihique amicissimo indicare non dubitavit.

Titulo fallaci & doloso reliqua respondent. Dices propositum fuisse Religio- so Vindici satyram scribere, ita maledictis & conviciis Vindicias suas explevit ; ita

A

stu-

Studiose collegit aut finxit , quæ invidiam mihi aut odium importare poterant.  
*Inscitiae, audacie, impudentie, imposture, mendacii, malitia, malefidei* aliorum faci-  
 norum aut vitiorum singulis in paginis abs Religioso Vindice summa confidentia  
 postulor. Unum superat originale peccatum , quod mihi non exprobraverit.  
 Puris tantum & veneni a Presbytero & Monacho Benedictino e congregazione S. Mauri  
 proficiisci posse, negaret unusquisque, nisi titulus affirmaret. Quanquam suspic-  
 tur forte quis , quod Viros probos & eruditos non paucos suspicari intelligo , &  
 hic subesse titulo falsi plurimum. Sed istud examinare meum non est : hoc mihi  
 incumbit, ut, quia falsa sunt & iniqua , quæ in me jaciuntur, ea repellam & dissi-  
 pem. Id autem ita præstabo, ut Religiosi Vindicis maledicentiam non verbis aut  
 maledictis, quod vetularum & infantium proprium est, sed re & facto, quod cor-  
 dati scriptoris est, nervose & efficaciter castigem. Nam boni omnes ultro me ab  
 inscitiaz, temeritatis , & malitia aliorumque , quorum per summam calum-  
 niam postulor, vitiorum aut flagitorum scabie absolvent , si patuerit , me id,  
 quod bono consili fineque institueram, justis argumentis, dolo & fupo procul,  
 sine pertinacia & jaetantia evicisse, Unum est maledictorum genus , quod  
 quia hac ratione propulsari non potest , alia propulsandum est.

Adolescens Patribus Societatis adscriptus, positis ex more rudimentis, Aquis-  
 granum missus sum humanioribus literis edocendis. Ibi dum majore , quam  
 vires humerique ferebant, animi & corporis contentione, officio defungor , pe-  
 ricolosissima hæmorrhagia involvitur. Patrum, quam semper gratus comme-  
 morabo , paterna vere sollicitudine est quidem vis morbi represia, sed non ex-  
 tincta. Recrudescet identidem , meque iterum & tertio , nihil minus opini-  
 natum, momento temporis vivorum consortio extrusura videbatur. Eo ego  
 in discrimine, solita nihilominus pro virili Societatis pena exsolvens, cum sex  
 annos aut plus eo exegisset , videremque augeri in dies, dilabi autem spem ejus  
 propulsandi, in eum me statum collocare constitui , ubi valetudinis curandæ  
 occasio certior esset & magis obvia adjumenta. Igitur , his causis aliquique non  
 nullis prolatis, missionem a R. P. Provinciali juxta Societatis leges peti. Scripsi  
 etiam eadem super re A. R. P. Generali. Ille , dum Hujus literas expectat,  
 responsorias ad me suas luculentissimo singularis benevolentiaz argumento co-  
 mitatur. Hic meas secundo Id Aug.a.M. D. CC. XXV. scriptas, Francisco  
 Harzheimio, erat is illi a literis scribendis , exhibet eo consilio, ut ab antiqua,  
 quæ inter nos vigebat, consuetudine occasionem sumens mihi scribebet , meque  
 a proposito revocaret. Scripsit Harzheimius 15. 7bris. 1725, quæ Virum  
 Societatis studiosissimum illique æterna lege conjunctum scribere non dede-  
 bat. Inter alia, *Verum est, inquit, causa dimissionem petendi sufficiens valetudo  
 constanter afflita; sed vereor, ne aura secularis officiat corpori & animæ; mallem  
 ego in Societate minus valere, & fractis etiam viribus inter Jesu Socios Deo servire,  
 quam in seculo, quam optima gaudere valetudine:* Aliaque in hanc sententiam  
 non pauca. In postremis literis : *Annuet quidem votis tuis A. R. P. N. literis ad  
 te proxime dandis: erit tamen, credo, etiam his acceptis, tibi integrum agere quod vo-  
 tueris.* Interim in præsentissimum ab ingravescente hæmorrhagia vita pericu-  
 lum deductus, in arrepto consilio immotus perstitti atque tandem missione legi-  
 tima ab eis nexibus, quibus Societati adstringebatur , ita absolutus sum , ut So-  
 cietatis amorem constanter retineam. *An enim, verbis utor Abbatis Oliveti,*  
 in causa prorsus simili, *qui procul a suis hospites nactus sit instar Parentum bonos: is  
 Patriæ semel redditus obliviatur illos, ac non magis tanta hospitalium hominum in  
 se merita omni officio ac pietate prosequetur?* Ita Societatem ingressus , ita eventu  
 spem & consilia non frustrante, illa egressus sum.

Et si

Etsi, Hieronymo teste, apud Christianos non qui patitur, sed qui facit calumniam, miser est, fuerunt mihi tamen haec de me ipso pluribus enarranda, ut atrocissimam refellerem, quam mihi Martenus facit, cum pag. 3. scribit, *me Societate pulsum propter mores minus bene compositos.* Alibi, quod pridie quam haec prelo subjecerem a Viro e Societate candidissimo & doctissimo monitus sum, dicit: *me ex eadens propter mores inconditos ejectum.* Id autem, quia, ut ex superioribus manifesto liquet, injuria, contumelia & mendacii plenissimum est, jure meo peto, hanc ut maculam a nomine meo & existimatione removeat Vindex Religiosus. Ait quidem, se istud *ex literis Jesuitarum Coloniensium didicisse.* Id si ista esset, quod a Marteno jure peto, a Jesuitis Colonensisbus jure maximo peterem. Sed, ut verum fatear, animum adducere non possum, ut credam fuisse unquam aut esse nunc inter Jesuitas Colonenses querquam, quem me traducendi & laedendi mihiique nocendi libido tanto intervallo a veritatis charitatisque Christianæ semita seduxerit. Alii mihi visi sunt Sociorum Jesu mores, aliæ artes, quamdiu in eorum contubernio egi: neque in iis observavi quicquam, quare Societatis adversariis, quos inter Martenum accensere fas est, assentiam, qui verbo scriptoque jactitant, Jesuitas nunquam de iis bene loqui, qui suâ sponte eorum confortio excesserint.

Mihi assertus, quanquam invitabant suavissimi Parentes dulceque natale solum, eo tamen me non contuli, quia non promitteret abunde, quæ alendo ingenio facerent. quæ secundæ mihi semper erunt a valetudine curæ. Arbitratus sum, me utruque ex animi sententia Wirzburgi consecuturum: neque falsus sum. Professorum ibi adscriptus numero, quod ab aliis negotiis superabat temporis, veteribus monumentis evolvendis consecrabam. Qua in re aliisque quam plurimis, consiliis, exemplo favorique Johannis Georgii ab Eckhard, Viri, dum viveret, ingenio & eruditione præstantissimi, plurimum debere me palam profiteor semperque animo gratissimo profitebor. Itaque dum Antiquitatis scrutor rudera, incido in Stabulensia & Malmundariensia Marteni ejusq; in illa duplicis commatis observationes. Singula, sum enim Malmundarii natus, solito attentius expendo; dumque iis, Observationibus Martenianis inquam, Patriæ historiæ plus tenebrarum, quam lucis adspergi arbitror; lucem pro virili evolvere, tenebras propulsare constituo, unius veritatis studio patriique soli charitate ductus. Inde natæ geminæ Disceptationes, quas nunc tandem confutare Martenus.

Scribit, elucubratas a me fuisse antequam Ill. Eccardus Cl. Schannati Diœcesin Fulensem impugnaret; latuisse aliquandiu ex metu; protrusas tandem in lucem, ut illatam Viro illustri injuriam ulciscerer. quæ singula a vero, quam quod maxime, aliena sunt. Dudum Eccardianæ *Animadversiones in Diœcesin Schannati Fulensem* prodierant, cum animum ad scribendum appuli; neque ego Disceptationes meas momento temporis pressi: a calamo ad A. R. D. Censoriem, hinc ad prælum delatae sunt. Multo minus eas publici juris feci *Patroni injuriam ulturus.* Quam vero injuriam loquitur Martenus? Scilicet scripsit Eccardo, cum in *Animadversionibus suis Schannato überem triumphandi materiem præbuisset.* At enim agebat adhuc, summo Reip. literariæ bono, inter vivos Vir immortalis memoriam: Hyperaspista non indigebat; unus huic injuriæ, siquidem Martenus, quod verum est, arbitratur, eum a se injuria affectum, propulsandæ sufficiebat. Nunc forte, postquam vivere desiit, hyperaspista egere non nullis videbitur, quod Martenus, ejus cineribus insultans, scribat, suum oraculum rei exitu confirmatum: *Eccardi, inquit, argumenta sic protrivit Schannatus, ut plaudentibus ipsi cum Germanis, tum Gallis, victoriam ipsam superisse vi-*

deatur. Attamen neque etiam est , quod quisquam Eccardi se defensorem hic profiteatur. Impressi sunt Viri eruditissimi *Commentarii de rebus Francicis* : ii cum prodibunt, tum virorum doctorum partiumque studio vacuorum iudicium erit , uter victoriā superasse videatur. A publicis plausibus non semper certum victoriae argumentum petitur. *Vir Cl. Henr. Christ. Senckenberg Jurium Doctor, Schannati familiaris, Vindiciarum Schannatianarum editionem procuravit, eas excerptis atque excerptas Auctoris *Actorum Eruditorum* misit: hinc Lipsiensis plausus.* Eodem ex fonte plausus in *Actis Eruditorum Circuli Franconici.* Quanquam horum Auctor in eo Schannato applaudit, ubi minime applaudere debebat. quod Tomus II. Commentariorum Eccardi ostendet. Applausit Reverendis. Hugo Stivagiensis Abbas : neque aplausus solum, sed Illustrissimi Corberonii, Praefidis Colmariensis Virique maximi, hortatibus provocatus, Eccardum peculiari libro confutare constituit. Primum folium ante menses omnino sexdecim Argentorati editum est in quarto. Sed, qua causa ignoro, mox prae lo otium indictum. Hoc in folio scribit doctissimus Abbas , ideo se Schannati partes amplecti , quia in immunitatibus Fuldenibus totius O. B. immunitates impugnantur. In Marteno praeter hanc, est etiam alia eaque, ut ei forte videtur, non levis causa, qua re Eccardo non admodum faveat. Scilicet ab hoc in *Annalistā Saxone* edendo occupatus est : quod eum ita male habuit , ut doloris sensum dissimulare non potuerit , in Praefatione ad unum e tribus posterioribus Collect. Amplif. Tomis. Sane de Marteni plausibus quid sentiendum sit, ex ejus Vindiciis luculentissime colligere licet. Pagina 8. scribit, me Discept. I. multa de Fuldenſi privilegio & libertate garrire, quæ tam solide ab erudito & doctissimo viro Friderico Schannatio adversus Eccardum refutata fuerint , nihil ut jam dicendum supersit. Eadem pari confidentia repetit pag. 131. Attamen si quæram ex Marteno, ubi Schannatus eorum, quæ de Fuldenſi privilegio scripsi , quicquam refutaverit , ex ejus Vindiciis ne verbum quidem , quod iis , quæ a me observata sunt , opponatur , afferre poterit. Immo si ex Schannato quæram, an Disceptationes meas legerit , cum Eccardo respondebat, sibi lectas & vias negabit. et tamen Martenus ab eo confutatas scribit. Ita comparati sunt Viri religiosi plausus : sunt vota, sunt pia desideria : Eccardum confutatum cuperet : hac causa confutatum putat.

Tot verbis præfandi necessitas mihi a Marteni calumniis imposita. Reliqua nunc paucis. Prima Disceptatione primorum Abbatum Stabuleto-Malmundariensium emendatam ab Adversario seriem emendaveram, ostenderamque eos non fuisse simul Episcopos. Huic Vindiciarum Martenianarum opponitur pars prima : cui nunc oppono Disceptationem hanc ordine tertiam, in partes duas divisam. Prima pars Abbatum seriem, ut erat a me emendata propugnat : Secunda contendit iterato, Abbates primos non fuisse Episcopos. Hæc ego Coloniæ Agrippinæ scribo & edo, ibi, cum ex itinere Belgico Wircburgum redirem, morbo interceptus & ab eodem in hanc diem retentus. Librorum mihi supplex est omnino curta ; sed tamen cum armorum, quibus olim utebar, aciem nec retuderit nec fregerit Adversarius , non admodum doleo, quod ob librorum penuriam novis pugnare nequeam. Immo lætor , quod res meæ ita comparatæ sint ut novis non indigeam.

Disceptatione secunda de dignatione, ornamenti & prærogativis Monasteriorum Stabulensis & Malmundariensis egeram. Huic est opposita Martenianarum Vindiciarum pars secunda. Cui parti suo loco & tempore , sed tamen brevi, Disceptationem quartam opponam ; de ea ex hac tertia præjudicium esto. Nam ut Martenus sui , ita ego quoque mei ubique similis ero.

PARS

## P A R S I.

Abbatum Stabuleto-Malmundariensium series recte adversus  
Martenum emendata.

## C A P U T I.

*De S. Remacli Abbatis Stabulensis primi Episcopatu.*

**S**anctus Remaclus Monasteria Malmundariense & Stabulense, quæ citer sæculum septimum medium condidit, primus *Abbatis* nomine & potestate regenda suscepit. Est istud ex duobus diplomatis Sigiberti Regis, quæ ab Hagiographis Antverpiensibus, Lunigio, Marteno aliisque edita sunt, omnino certum. Alterum sub finem anni 650. aut, nam notæ chronicæ exciderunt, sequentis initio; alterum non ita multo post datum est. In utroque ex æquo geminorum locorum *Abbas* nuncupatur.

Iisdem in instrumentis recte editis, nam primum in Collect. Amplif. parum accurate rescriptum est, semel & iterum *Episcopus* appellatur: Hinc occasio nata a Marteno dislentiendi. Dum enim queritur, quando & qua causa hoc axioma indeptus fuerit? Ille, quod primum est, contendit anno 648. incertæ sedis Episcopum factum; tandem, estque hoc controversia caput secundum, post annum 651. Ecclesiæ Traiectensi præfectum. Contra ego statui, in Episcopum consecratum anno 650. eodemque tempore S. Amando abdicanti sufficet. Duabus itaque in rebus dissidentiebamus; & nunc in eisdem dissidentibus: nam neque sententiam suam idoneis propugnavit argumentis, nec solidis suis in Vindiciis meam impugnavit. Quod nunc ea certitudine, quam indoles materiae fert, demonstrandum est. De tempore aditi Episcopatus Traiectensis videbimus primo loco.

Adversarius ita in Observationibus præviis disputabat: Anno D CC L II. Cathedrā S. Amandus, qui jam quarto anno Tungensem Episcopatum administrabat, Romanam Tungrem suscepit peregrinationem, ut dimittenda dignitatis facultatem a Mariano Papa impe- rraret. Iteratis Amandi votis obsecutus est summus Pontifex, concessa ipsi ad Elnense Monasterium secedendi facultate Interim suffragante Sigiberto Rege Remaclus a Clero & Populo ejus in locum substitutus est. Hoc ego systema ut everterem, pauca quædam observavi, quorum robur invitis Adversarii Vindiciis imminutum perstat.

I. Observavi, nulla illud ratione, nullo teste, nullo arguento munitum fuisse, proinde a nemine prudenter adoptari posse. In Vindiciis ejus aliquibus momentis munieri locus sese dabat; nullum attulit: constat itaque, quod primo a me observatum est, non posse illud ei, qui prudenter agere velit, adprobari.

II. Dixi rejiciendum esse, quia cum Auctòribus fide dignis pugnaret, dum ponit, S. Amandum *ultra triennium* sedem Traiectensem occupasse. Raineri in Vita S. Gisleni & Baudemundi, qui S. Amandi discipulus fuit, verba hanc in rem rescripsi: uterque diserte scribit, eum non triennio aut plusquam triennio, sed fere per triennium sedisse. Reponit Adversarius, non ita esse hæc accipienda, *quasi tres annos integratos Tungrenibus non praefuisset S. Pontifex*. Nam, inquit, *solido tri-* FERE non semper integratatem numeri minut. Sed idem plerumque sonat, ac CIRCITER, enno. *id est paulo plus aut paulo minus*. Hæc cum tam confidenter afferuisset Adver- farius,

sarius, expectabam exempla, quæ verbis fidem facerent: aliqua afferre fuisset illi proclive, cum id plerumque fieri dicat. Sed istud dicendum fuit, ne non respondisse videretur: sunt enim lectores aliqui, aut adeo partium abstracti studio, aut judicio adeo præcipiti, ut quod a scriptore aliquo scriptum legunt, idem quoque probatum putent. Quid Augusti temporibus, quid ævo medio vox F E R E significarit, ignorare non possumus. Numero semper aliquid detraxit: est proinde a Rainero & Baudemundo hoc usurpata fine, ut indicarent, S. Amandum non præfuisse Trajectensi Civitati per solidum triennium. Si monuisset Adversarius, non esse semper de annis completis mentionem, cum quis per triennium, triennio, tribus annis, sedisse, rexisse, vixisse scribitur, fuisset ab eo vere & in tempore monitum. Quare si Amandus in scriptore aliquo nec æquali nec subæquali dicitur triennio sedisse, ut sciatur de completo ne a incompleto sermo sit, consulendi sunt Auctores ii, qui numerum annorum & scire potuerunt & curatius definire voluerunt; consulendus est cum Baudemundo Rainerus: uterque docebit, non fuisset completum.

*Neque est  
Romam  
profectus  
ut abdi-  
candi ob-  
tineret fa-  
cultatem.*

*Nec sole-  
bat ejus  
atate hec  
facultas à  
summo  
Pontifice  
peti.*

III. Ab Auctoribus Synchronis, quorum quoque verba rescripsi, monitus ostendi, Amandum non esse Romam profectum, ut facultatem abdicandæ dignitatis obtineret. Quod ego dum ostenderem, tam luculenta mihi visa sunt ea, quæ proferebam, ut non dubitarim dicere, Adversarii sistema *nullo Auctore firmari posse*. Attamen profert nunc aliquem: quem autem? Mabilionum ipsum. Quasi vero cum Auctorem quemquam proferri posse negabam, de Synchronis, de subæqualibus, de veteribus mihi non sermo fuisset. Neque enim nesciebam, Mabilionum a Marteno exscriptum fuisse: quare, quod in hunc aperte, in illum tacite, in utrumque, ut postremi silentium docet, vere pronunciabam.

IV. Non modo sine Auctore, sed plane sine ratione videbatur mihi Adversarius asserere, Amandum ante abdicatum Episcopatum Romam profectum. Quam enim rationem profert? hanc scilicet, *ut dimittenda dignitatis facultatem a Martino Papa impetraret*. Verum ea vana & nulla est; nam quod jam jam visuri sumus, antea abdicarat. Deinde non erat istud in Galliis usu receptum, ut Episcopi abdicandi facultatem a Romano Pontifice peterent, quod ego variis argumentis exemplisque confirmavi, & pluribus, si dubium esset, confirmare possem. *Esse hoc a me temere & falso assertum* inquisitoriali superciliosus pronunciat Adversarius parumque abest, quin me hereticæ pravitatis insimulet. Verum ne ipse temere pronunciasse videretur, momenta, super quibus ædificabam, evertenda, quæ addere potuissent, occupanda erant. Ad illa autem oppugnanda, cum nequidem ausus sit aggredi, miscet omnia, ut me in invidiam trahat. Sed bene habet; quod ego asserui pridem a Thomassino & Alexandro Natali assertum fuerat. Utriusque opera Romæ subjecta fuerunt virgæ censoriæ: verum hæc eorum, quam ego sequor, sententia salva & intacta permanxit. quod argumento est, ne ipsis quidem Romanis Censoribus improbari. Neque vero improbari debet.

Ex his quam recte Martenianum systema explosum fuerit, apertum est. Neque vero inde meæ sententiæ nihil accedit: vera enim esse non poterat, si illud nullum & inane non erat. Ut tamen veram esse constaret, debebat id aliis quoque momentis effici; id vero ita præstisti, ut post Adversarii oppugnationem longe, quam antea erat, certior evaserit. Tum enim de momentorum pondere & firmitate, quam maxime constat, cum artibus & machinis omnibus impugnata convelli non potuerunt.

Primo ut S. Remaclum anno 650. hoc propugnandum suscepeream, Traj-  
etenſi ſedi impoſitum oſtenderem, Sigiberti Chronicon, Albericum & Chro-  
nicon M. Belgicum a me laudavi. Horum auctoritat̄, cujus momentum ta-  
men non magnopere extollo, nihil oppoſitum eſt.

I. Argu-  
mentum.

Secundo in litteris Sigiberti Regis, de quibus ſupra, Epifcopus appellatur. Ex literis  
Ex quia, Adversario non negante, datae ſunt anno 650. inde arguebam, Rema-  
clum fuiffe hoc tempore Trajectensem Epifcopum. Verum ipfe hoc argumen-  
tum jam occuparat atque contendedat, non fuiffe Epifcopum Trajectensem,  
quia in diplomate non dicitur Trajectensis aut Tungrensis Epifcopus: ſi enim  
fuiffet, ſane a Rege p̄atermissum non eſſet. Observationem hanc, quae a Ma-  
billonio accepta eſt, ſolidior mea obſervatio ſine negotio confeicit. In iisdem  
litteris Attelani, Theudofridi, Gislocardi, qui certarum ſedium, ipſius item Ad-  
versarii judicio, tum erant Epifcopi, mentio fit, ſedes non nominantur: non  
erat itaque uſu receptum, ut nominarentur; non debuit itaque Trajectensis S.  
Remacli ſedes nominari. Huic mea obſervationi nihil oppoſitum fuiffe, nemo  
mirabitur, liquet nihil opponi potuiffet. Eadem litera aliud argumentum  
nunc mihi ſubminiftrant, quod hic commode locum accipiet. Ait in iis Sigiber-  
tus ſe ex conſenſu, mallem legere conſilio, Domni Cuniberti Coloniensis Archi-  
Epifcopi nec non Attelani, Theodefridi, Gislocardi Epifcoporum latifimum fun-  
dum Remaclu Epifcopo pro Monasteriis Stabulensi & Malmundariensi dona-  
re. Pro nec non ſuſpicatus ſum, reponendum eſſe Nemoriani, neque adhuc ſen-  
tentiam muto. Erat is Trevireniſ Antiftes, Attelanu erat Laudunensis, Theu-  
defridu Tullensis, Gislocardu Virdunensis. Jam vero ſi aliud a Remaclu hoc  
tempore Trajecti Epifcopus erat, qui factum eſt, ejus ut conſenſum, aut conſi-  
lium non expetierit quoque Sigibertus Rex? Adhibuit in conſilium Laudunen-  
ſem, Tullensem, & Virdunensem Epifcopos, quorum in Diocesibus neutrū  
noſtrorū Monasteriorū poſitum erat. Nonne multo magis Trajectensis  
Epifcopi, cujus in Diocesi Monasteriorū alterum condebat, conſenſum  
expetiturus erat, ſi aliud a Remaclu fuiffet?

Idem con-  
firmatur  
ex iisdem  
literis.

Tertio. Obſervato ex illius ævi Historia, S. Amandu, Epifcopum Tra-  
jectensem, tertio Epifcopatus anno abdicandi conſilium arripiuſſe, p̄aſſuſſe III. Ex a-  
fere per triennium, anno 649. ſuum conſilium Martino Papæ aperiuſſe, reſpon- ſumpium  
diſſe Martinu codem anno, inde collegi Remaclu ei ſuffeſtum anno 650. quod A-  
Hujus diſputationis momentu quia advertit Martenus, obmovit quaecunque mando  
obmoveri poterant. Unum hoc non ſuſtinuit negare, Amandu tertio ſui an. 649.  
Pontificatus anno animu appuliuſſe ad illum abdicandum; itaque hoc tan- abdicanti  
quam certum & conſefsum ſeponamus; reliqua autem, quae obmovet, ele- ſuccederit  
vemuſ.

I. Dicit, incertum omnino eſſe, quo præcife anno S. Amandu Trajectensis Ecclesiæ Non eſt in-  
pontificatum inierit. Scilicet, ſi hoc incertum eſt, eti in confeſſo ſit conſilium certum  
abdicandi tertio Epifcopatus anno arreptum, tamen incertum eſſe, in quem in- quo anno  
cidat primus. Argumentandi methodum non carpo, ſed principia inania & falſa Amandus  
ſunt. Incertitudinem inde repetit quod variet auctores. Fifenus ſubſcribens ſedere  
Chapeavilla, initium Trajetensis Epifcopatus S. Amandi ad annum 637. revo- cæperit.  
cat, Albericus ad annum 644. Henschenio placet 647. Mabillonius cenſer, vix ante annum 648. collocari poſſe. Cointius pro quadragesimo nono facit.  
Igitur ex hac auctorum varietate, eſt res in incerto poſita: ita quidem Mar-  
tenus: ſed omnino perperam. Si ita diſputare fas eſt, nihil inter mortales om-  
nino certum, variant enim ſuper vera religione, ſuper ejus & Theologiaz natu-  
ralis principiis, ſuper multis Juris Naturaz & Gentium dogmatis. Pyrrho-  
nismo

nismo viam sternit , qui hac dialectica uti non dubitat. Scilicet idque in rebus chronologicis & historicis maxime obtinet , diligenter attendendum est , qui , cuius ætatis , cuius gentis scriptores varient? Posunt superiorum sæculorum scriptores super aliquo Chronologiæ capite , quod nostra ætate certissimum sit , variare. Ita ante Valesium & Henschenium *variatum* est super Dagobertorum numero , nunc tres fuisse constat. Quid de Constantini donatione esset sentiendum incertum erat , nunc certum est. Disserendum super emortuali S. Bonifacii anno : nunc nefas est dubitare , quin anno 754. Martyrium sanguine suo fecerit. Omitto plura de genere hoc. quippe dies diei annuntiat lucem , dum quotidie nova monumenta ex antiquitatis ruderibus in lucem protrahuntur. Ad hæc posteriorum scriptorum in rebus superiorum sæculorum non tam est numerus ineundus , quam auctoritas & rationes ponderandæ. Quanquam si numerum inire volumus , Henschenii sententia omnino tenenda est. Nam illi non adversatur Mabillo- us ; suffragatur autem subiectum Natalis Alexandri judicium , religiosa Antonii Pagii crisis , horumque humeris insistentes Joannes Georgius Eccardus & Ludovicus du Mesnil S. J. ille in Commentariis Francicarum rerum , hic in historia Ecclesiæ dogmatica. Nominavi eos hujus & superioris sæculi scri- tores , qui Principatum in Republica historica tenent. Quare non solum nu- merus , sed etiam momentosa auctoritas initium Episcopatus S. Amandi ad annum 647. revocat. Revocant item eodem non infirma argumenta , quod brevi visuri sumvis.

*Sedis fere per trien- num.* II. Adversarius contendit , S. Amandum plusquam triennio sedisse , quod paulo ante confutatum est.

*Ex Mar- tini Papa literis ab- dicavit an. 649.* III. Martini Papæ ad Amandum responsoriæ quo anno scriptæ sint , ignora- ri. Sane absunt notæ Chronicæ , sed alia indicia , quando scriptæ sint , aper- te loquuntur. Primo , quod fatetur , scriptæ sunt post Concilium mense octo- bri anno 649 Romæ celebratum. Deinde scriptæ sunt non ita multo post , nam ita de eo scribit Martinus , tanquam qui rem novam & incognitam Amando narrarurus sit. Immo scriptas esse sub Concilii finem aut statim ab ipso , ex iis quæ sequuntur manifesto suadetur. Martinus scribit , se mittere *in præsenti volumina gestorum synodalium* , una cum *encyclica* monetque , ut cum reliquis Galliarum Episcopis communicentur , *ab iis in synodali conventione* confirmentur & *subscripta* Romam mittantur , quo illis ex his subscriptionibus novum pondus accedat , majorque apud Orientis Episcopos , quibusmittenda erant , auctoritas. Post , Sigebertum Regem per Amandum rogat , ut aliquos e suo Reg- no Episcopos Romanam mittat , qui *sedis Apostolice* Legatione fungi debeant , & quæ in Concilio peracta sunt , *ad Clementissimum Principem* , Imperatorem CPLtanum , *asportarent*. Scilicet adversus hujus *typum* & Patriarchæ dogma- mata synodus celebrata fuerat. Episcopi Italix , quia subditi Imperatoris es- sent , non poterant in Otientem mitti , sine summo aut vitæ aut libertatis perdendæ discrimine. Hinc Martino ex Patrum conscriptorum haud dubie consilio visum est expetere Francos , quippe quos Francici nominis majestas & reverentia supra discriminem collocaret. Nunc colligamus singula : Marti- nus concilium adversus Patriarcham & Imperatorem cogit ; quæ in illo acta sunt , ea ut ponderosiora sint , ab Episcopis Galliarum subscribi cupit ; ut in Oriente recipiantur ab Episcopis Gallis deferri postulat. An non manifestum est , singula hæc facta esse fierique debuisse statim ab ipso Concilio ? An nunc in du- bium revocari potest , Martini Epistolam sub finem anni 649. scriptam fui- se ? porro inde consequitur Amandi litteras , quibus summus Pontifex respon- det

Sed tamen Hagiographi verba aliter accipienda sunt : omnino enim de Episcopis  
palibus Infulis est illi sermo. Ego ita interpretor salebrosum scriptorem : cum  
*ex rerum eventu constaret*, Remaclum magnum omnibus solamen esse foreque , ac-  
clamavit Populus, penes quem scilicet & Clerum electio esset, dignum esse, ut talis  
doctor, vacans per abdicationem S. Amandi , Præsulatus gereret officium ; ita-  
que quia petebat & acclamabat populus, a Sigiberto Rege subrogatur S. Aman-  
do *Tungrensum sedis Episcopus*. Et vero cum infulas Sacerdotales, id est Episcopales,  
adeptus legitur, acclamante populo eum dignum esse, qui Præsulatu-  
tus gereret officium ; videtur constare, esse hic sermonem de certa Episcopali  
Sede adeunda. Nam populi clamor, acclamatio, plausus, Electio locum non  
habent, ubi quis incertæ sedis Episcopus creatur. Deinde cum populus eum  
dignum proclamat, qui *præsulatus gerat officium*, nonne hoc idem est, ac si pro-  
clamaret, dignum esse qui certam Sedem regendam suscipiat ? De Episcopo  
incertæ Sedis ex vero dici potest, cum Episcopi charactere, axiomate insigni-  
tum esse : at non ita vere dicitur, *eum præsulatus gerere officium*. Ceterum e-  
ruditorum Judicium esto, an præstet cum Marteno pro certo statuere, Re-  
maclum fuisse aliquando incertæ Sedis Episcopum, an satius sit, rem in medio re-  
linquere, aut etiam in Pagii, quam propugnavi, inclinare sententiam & cum eo  
negare, Remaclum fuisse unquam incertæ Sedis Episcopum ?

## C A P U T I I.

*S. Theodardus Episcopus Traiectensis, non fuit Abbas; Papolenus I.*  
*Sigolinus & Godoinus, Abbates, non fuerunt Episcopi.*

**T**N Successore S. Remaclii assignando ipse Adversarius secum non  
consentit, non erit proinde mirum, si mihi cum illo nec conve-  
nerit, nec nunc conveniat. In Observationibus ad monumen-  
ta Stabulensia præviis, postquam recensuit præcipuos S. Remaclii  
discipulos, *S. Hadelinum, S. Theodardum, S. Papolenum, S. Si-*  
*golinum & Godoinum*, subdit : ex his *tres postremi post S. Remaclum utriusque*  
*Monasterii Stabulensis & Malmundariensis abbates extitere*. Quibus e verbis liquet, *ostenditur*  
eum hoc loco *S. Theodardum* abbatum e serie excludere. Contra in Præfatio-  
ne, *post Remaclum*, inquit, *Stabulensi congregati præfuere S. Theodardus ejus dum non*  
*in Tungrensi Sede successor, S. Papolenus. . . S. Sigolinus & S. Godoinus*. Ego *fuisse Ab-*  
*priorem secutus sententiam statui, Theodardum S. Remaclo invita omni historia batem post*  
*suffici*. Nam Anonymus Hagiographus S. Remaclii, Notgerus, Harigerus  
Anselmus, Egidius, qui singuli scire poterant, hac super re tacent. Deinde  
Theodardi nomen in catalogis vulgatis & antiquioribus non legitur. Præter  
hæc momenta, observavi, *Godoinum*, quem & *Remaclum* inter, *Papolenus &*  
*Sigolinus* certo Abbates fuerunt, in Narratione Dedicationis Stabulensis, a Mar-  
teno edita, *quartum a Remaclo Abbatem nuncupari & proinde nullum inter eum*  
& hunc patere Theodardo locum in Abbatum serie. Ad superiora momenta silet  
Adversarius ; hic vero paulisper effervescit meque *aut summe malitia aut summe*  
*inscitiae arguit* ; nam, inquit, legendum erat : *quartus in regimine loci B. Remaclo*  
*succedit*. Mox pari moderatione prosequitur : *bis si similia proferre ausus es*  
*sem, statim memendacii argueret Rodericus, & merito quidem* ; *sed non uno hoc*  
*loco mendacia sibi permittit*. Quid ad has urbanas facetias reponam? ipse ipissimus  
Martenus, qui his me flosculis pagina 24 exornat, pagina 26, versu quarto  
*Godoinum quartum post Remaclum Abbatem appellat*. Quis autem ita parum la-  
tine

tine scit: ut nesciat, idem esse quartus ab aliquo ceu quartus post aliquem. Itaque recte omnino a me scriptum erat, secundum Historiam Dedicationis Theodardo locum non esse in Abbatum serie, ad quod argumentum ut videretur respondisse Adversarius, & secum pugnavit, & Historiae verba perperam interpretatus est, & quod gravius est, decori leges violavit. Denique contendi & ostendi, *S. Remaclum s. Theodardo* superstitem fuisse, quod quia negare non sustinuit, videor mihi jure asseruisse, hunc illi *invita omni historia* in Abbatiali munere suffici.

*Quae  
Martenus  
adserit, ut  
prober,  
Remacl  
tempore  
Abbatem  
fuisse, d  
spanter.*

*Cod. ampl.  
Pag. 2.*

*Vindic.  
Pag. 22.*

Verum alio nunc dilabitur dicitque, haec suam esse fuisseque sententiam, *Theodardum vivente Remaclo & Tungensem Episcopatum regente Abbatem fuisse*. Id ut saltem verisimile faciat, tres omnino antiquos, recentiores enim nihil moror, testes appellat. Chronicum Lobiense ad annum DCLI. *S. Remaclus in Stabulaus Monachice vite habitum sumit, cui theodardus succedit*. His verbis innui putat, *Theodardum* in Abbatiali cura Remaclo successisse; verum omnino perperam. Idem Chronicum ad annum DCXLVII. scribit: *S. Remaclus ordinatur Traiectensis Episcopus*. Igitur superiora verba volunt, *S. Remaclum* quarto post anno, id est DCLI, in Monasterium Stabulense sese recepsisse, abdicato episcopatu. Quia autem in re illi successit *Theodardus*? in ea haud dubie dignitate, quam abdicator; in Episcopali scilicet. Nonne ipse Martenus hanc horum verborum dat paraphrasin: *S. Remaclus. . . . abdicato episcopatu, ad dilectam solitudinem, Stabulense scilicet Monasterium, rediit, substituto in locum suum Theodardo Monacho*. Quem in locum? in Episcopalem. Suam causam prodidit Adversarius, cum ausus est abs se laudare Chronicum Lobiense. Sed neque illam firmavit epigrapha codici MS. Historiae Leodiensis Aegidii Aureæ Vallis ignota manu adjecta, quæ ita habet: *Hi cum B. Remaclo Stabulense cœnobium inhabitare cœperunt: S. Theodardus primus ejusdem loci Abbas, &c.* Hæc epigrapha non est Aegidii, ut dicit, sed ignotæ manus, quæ an antiqua sit Chapeavillus non addit, etsi antiquissimam appellat Adversarius. Ut ut sit, ipsius Marteni judicio falsa est: nam ipse gemina Sigiberti, quæ omnino sequenda sunt, diplomata fecutus *S. Remaclum* primum nostrorum Monasteriorum Abbatem nuncupat. Ut quid igitur a sua sententia epigraphen laudat, quam falsissimam esse, ipse intelligebat, re & verbis dixerat & ostenderat? Superest Hagiographus *S. Theodardi* ab Adversario laudatus: in eo legitur Vir Sanctus nostris Monasteriis confilio Remaci Tungensis & Cuniberti Colonensis Antistitum *prefectus*, ut superponeret spirituale fundamentum in summo angulari lapide Christo Jesu. *Theodardus vero sciens, quod onus non honor imponitur praesse nescienti, malebat esse, quam vocari Abbas*. Ex verbis his Adversarius suam sententiam manifeste adstrui putat. Sed advertendum est, *S. Remaclum* fuisse modo Abbatem annis 650 & 651. Erat autem tum temporis, jam Episcopus Tungensis. Episcopatu cessit circa annum 660. Fuisse quoque Abbatem eo abdicato ex geminis Childerici regis diplomatis liquet, quorum alterum anno 667 datum est. In utroque enim Abbas non modo appellatur, sed etiam Abbatis munia exercet. Inde verisimile est, eum Abbatiale onus cum Episcopali conjunxisse. Est autem magis verisimile, quod Anonymus Hagiographus, Notgerus, Harigerus, Anselmus & Aegidius, nullo verbo indicent, eum abdicasse; contra ex his plerique statuant, fuisse codem tempore in nostris Monasteriis Abbatem & Tungris Episcopum. Quare Sigiberti verba, nisi eum falsi postulare satius est, ita accipienda sunt, *Theodardum a S. Remaclo* geminis Monasteriis *praefectum* esse, ut ejus ibi vices ageret. Ita Papolenus, Aegidio teste, *Malmundariensi Monasterio* *praefectus* est: sed qua lege? *salva in omnibus*, inquit Notgerus, *sua* (scilicet

Re-

det, eodem item anno exaratas esse. Erant enim inscriptæ Martino, qui die V. Julii anni 649, summis Pontifex renunciatus est. Jam vero volvebatur, cum scriptæ sunt, tertius Amandi annus; itaque sedere cœpit anno 647. abdicavit anno 649. aut sequenti invenire: nam non sedit solido triennio.

IV. Quia igitur Remaclus Amandum excepit, ex his illico collecturus eram, *Succesit  
p. ulo post  
Remaclus  
proinde  
anno 650.*  
eum anno 650. Trajectensem Ecclesiam regendam suscepisse. Ne ita colligatur, quartam machinam adhibet Adversarius, quam erit proclive retundere. Quærit, an Remaclus statim post abdicatam ab Amando sedem Tungensem præfuerit? Dein, si Bartholomæo Fiseno credimus, cum S. Amandus Trajecto discessit, onus Episcopale non ideo depositum, sed commissa Landoaldo Archi-Presbytero Ecclesia sua, *Vind. pag.  
quam per multos annos administravit, Apostolicos labores. . . . repetere statuit. 89.*  
Huc ingenii vires omnes intendamus. Fisenus sua hausit ex Nicolai Canonici Leodiensis Vita S. Lamberti. Scribit is, *Landoaldum Ecclesiam Tungensem, per novem annos Episcopo vacante, usque ad Sacerdotium B. Remacli diligenter rexisse.* Quid igitur accidet, si Bartholomæo credimus? Nasceretur ridiculus mus. Erit ex Marteni sententia consequens, S. Remaclum nunquam fuisse Episcopum Trajectensem. Cum enim statuat, Amandum abdicasse post suscepsum anno 652. Romanam peregrinationem addamus novem Landoaldi administrantis annos, habebimus annum 661. aut sequentem, quo tandem S. Remaclus cathedram Trajectensem concenderit. Verum hoc tempore eam jam occupabat S. Theodardus, itaque si Fiseno & Marteno credimus, S. Remaclus nunquam fuit Trajectensis Episcopus. Parturierunt montes. Ita Adversarius dum ex fulmo lucem pollicetur, ex luce fumum exhibet: tenebras in historiam & chro-nologiam invehit, dum se eas propellere profitetur. Scilicet, quod pace religiosi Viri dictum sit, nec ingenui, nec cruditi Viri erat, Fiseni & Nicolai sententiam recoquere: est enim istud nostris temporibus certo certius, chimericum esse Landoaldi, ut ita loquar, Vice-Episcopatum.

Quod porro ex Notgero subdit, *incompertum esse quanto tempore plebs Trajectensis* id est post abdicationem Amandi, *sine pastore permanerit,* istud est vero conforme, ignoramus enim quot septimanæ & dies sedes vacaverit. Verum diu vacasse sedem nemo meminit. Idem dixeram in Disceptatione prima; quod ægre fert Adversarius. Sed quin me falsi arguit? Nonne ipse in Observati-nibus præviis, nonne scriptores hujus ævi omnes initia S. Remacli Trajecti sedentis, cum S. Amandi abdicatione componunt? Hæc omnino in finem anni 649. incidit aut sequentis initium, igitur S. Remaclus anno 650 Episco-pus Trajectensis renunciatus est. Quod primo loco demonstrandum susce-peram.

Alterum controversiae caput est, an Remaclus cum Trajectensi Ecclesiæ *An Re-  
praefectus est, jam Episcopali charactere insignitus fuerit, necne?* Martenus *maclus  
ait, atque adeo anno 648. consecratum fuisse, & olim & nunc contendit;* *fuerit un-* quam sententiam, ut pleraque alia, a Mabillonio accepit. Neque si vera esset, *quam in-* insolens quid Historiæ inferret. Fuerunt illis temporibus nonnulli incerta- *certæ sedis* rum sediū Episcopi. Sed tamen antequam illi assurerem, argumenta, super *Episcopus.* quibus inititur, expendenda putaveram: ea an confirmaverit suis in Vindi-ciis Adversarius atque ab eis, quæ obmovi, liberaverit, Lectoris erit judici-um.

Primum Argumentum ex literis Sigiberti Regis arripuerat, in quibus voca-tur *Episcopus*, sede Trajectensi omisita. Huic ita respondi, ut illud propugnare *Martenus  
affirmat.* non sustinuerit. Quid responderim, ex iis, quæ jam jam scribebam, facile est in-ejus I. Ar-telligere. Scilicet Remaclum *Episcopum a Sigiberto vocatum, quia tum Epis-gumentū  
copus evertitur,*

*Evertitur quoque secundum.* copus Trajectensis esset ; sedem nominatam non esse , quia non esset usu receptum ut nominaretur. Marteni , aut potius Mabillonii , alterum argumentum sua verisimilitudine non caret. *S. Remacli ordinatio in Fastis notatur III. non. Febr. quæ dies Dominica , ut in ordinationibus Episcoporum solet , esse debuit , qualis fuit anno bissextili 648.* Monuit tamen , ordinationes Episcoporum , dedications Ecclesiarum , cœtera , sœpiissime aliis diebus , quam quibus factæ sunt , in fastis notari. Ita in Dicecefi Trajectensi Natalis S. Bonifacii dies notatur & celebratur quinta Julii , quanquam constat incidere in quintam Junii. Alia exempla de genere hoc frequentissima sunt apud Baronium , Cointium , Mabillonium , Pagium , alios. Non diffitetur , neque vero diffiteri potest , ordinationes Episcoporum quandoque in fastis *incerta die* collocari. Verum nunc contendere videtur , diem qua notantur tam diu *pro certa* habendam , dum *incertam* esse evincatur , proindeque non sine aliqua similitudine veri ordinationem S. Remacli cum anno 648. componi. Neque ego id ab eo commode observari negaverim. At , quia certum est , diem *incertam* *pro certa* sœpe notari , si verisimilis aliqua conjectura *incertam* esse probaverit , nefas est illi , tanquam *certæ* inædificare. Protuli autem , quæ plusquam veri similem conjecturam efficiant.

10. Si S. Remaclus biennio , antequam sedem Trajectensem concenderet , fuisset Episcopale axioma indeptus , an istud ignorassent Notgerus , Harigerus aliquique scriptores Leodienses ? an prætermisissent ? præsertim cum inde ornamenti multum accederet Heroi , cuius vitam scribebant S. Amandus antequam certæ sedi præficeretur , erat Episcopus regionarius ; quod Hagiographi diligenter scripserunt : an omisissent Successoris Hagiographi , si item Regionarius fuisset ?

2do. Idem hi scriptores initium Episcopalis culminis a Remaculo aditi , cum adita sede Tungrensi componunt , eodem plane modo , quo initium referunt , Episcopatus SS. Theodardi , Lamberti , aliorum , quos nemo suspicatur , fuisse unquam Episcopos regionarios aut *incertæ* sedis : quare de Remaculo perinde atque de his disputandum est. Ex his duobus argumentis , cum omnino verisimile sit , S. Remaclum nunquam fuisse Episcopum *incertæ* sedis , cumque certissimum sit , eum anno 648. nec dum fuisse Tungrensem Episcopum , consequens est , diem ordinationis ejus *incerta die* notatam esse in fastis ; & proinde nihil est , cur Episcopus ordinatus dicatur , antequam in certam sedem eveheretur.

*Tertium item.* Tertium Argumentum , quia inhonorificum duxit a sententia recedere , pro ea stabilienda in Vindiciis affert ex Hagiographo anonymo S. Remacli. Is cum narrasset , eum ob egregias animi dotes a rege Sigiberto in aulam evocatum , *magnum omnibus futurum solamen sicuti postea rerum eventus docuit* : Subdit , *in tanta enim est habitus dignitate , ut infulas Sacerdotales adeptus ( fit ) acclamante Populo , dignum fieri talem Doctorem presulatus gerere officium , qui tantam gratiam a Deo percepisset , ut etiam in necessitate omnibus subveniret.* Interea Vir Dei Sancto Spiritu plenus , ordinante Dei providentia subrogatur Tungrensum sedis Episcopus , ut verbi semina in plures funderet , quæ in semet diu manentia occultabat. Unus Henschenius in Commentario prævio ad acta S. Amandi §. 12. num. 92. ex his verbis arguit , Remaclum fuisse *incertæ* sedis Episcopum , antequam Tungrensem consequeretur. Reliqui Historici hactenus aliter interpretati sunt. Mabillonius Seculo II. Benedictino pag. 400. in margine e regione primæ periodi scribit : *in aulam evocatus fit Sacerdos.* Ad secundam vero : *deinde Episcopus Tungensis.* Neque non est simile veri , eum , quippe qui Presbyter non esset cum in aulam circiter annis 646. evocaretur , Presbyterii Infulas adeptum esse.

Sed

Remaclii Abbatis) *auctoritate*. Et vero ipse Martenus in Observationibus præviis scribit, *s. Remaclum*, cum Tungris Episcopus esset, *Theodardo Malmundatiensis Monasterii præfecturam commisisse*. Recte hoc, ita enim Hagiographi Theodardini verba intelligenda. At Abbatem nuncupari vetat, ut vidimus, omnis historia. Præfatum dicamus Malmundariensi Cœnobio, ut Martenus fecit, cum nihil causæ erat cur a vero recederet. Et ne Sigeberti auctoritatem contemnere videamur, aut ejus verba non intelligere, addamus, fuisse quoque præfatum Stabulensi Cœnobio.

Igitur post *Sanctum Remaclum* Abbatis nomine & officio præfuit *Papolenus* Monasteriis nostris *Sanctus Papolenus*; post hunc *Sigolinus*. Præter nomina, unum hoc notum est, nihil esse, cur Papolenus ab Adversario in Observationibus præviis Vir Apostolicus nuncupetur. Confundit Papolenum primum cum Papoleno secundo; quod peccatum ab aliis quoque peccatum est. Quarto loco sequitur Godoinus, quem adversus Martenum, neque Ecclesiam Stabulensem ædificasse & consecrassæ, neque Episcopum fuisse contendit; Et quia momenta mea non elisit, iterato hic contendendum est. Historiam Dedicationis Ecclesiae Stabulensis ex veteri MS. edidit. In ea, narrato Sepulchrum *s. Remaclii* inventum fuisse IV. nonas Martii anni 1042. legitur: *Godoinius, qui quartus in regimine loci B. Remaclo successit, ab Oratorio s. Martini, ubi prius humatum continebatur, in Monasterium principale ss. Petri & Pauli A B I P S O sagaci industria constructum ac consecratum officiosa devotione VII. Cal. Julii transfusit.* His verbis juxta Adversarium *clare & perspicue* indicatur, *s. Remaclum* translatum fuisse in templum ab ipso *Goduno* constructum & consecratum; ego contra clarum & perspicuum putavi, sermonem esse de templo ab ipso *Remaclo* constructo & consecrato. Alioquin, inquietam, dicendum fuerat, *corpus s. Remaclii transfusit in Monasterium a se consecratum & constructum*. Id a me ingeniose observatum dicit: mallem dixisset vere observatum fuisse. Nam ita omnino est. Si auctor latine sciebat, illis, quæ indicavi, verbis utendum illi erat, ut templum a *Goduno* constructum narraret. Contra si *Remaclo* illud tribuere voluit, non poterat id aliis aut magis latinis & clarioribus verbis, quam quibus usus est, præstare. Scivit autem latine. Ita supra: *Henricus Rex, inquit, Domino Abbe poscente Privilegium Gregorii Pape, patruis scilicet Parris sui, publice recitari fecit.* Ut intelligeretur, Gregorium fuisse propatrum Henrici Regis, non poterat Auctor aptioribus & exquisitoribus vocibus uti. Recte itaque a me dictum erat, eum curatissime distinguere *inter reciprocum suum & pronomen relativum ipse*. Quod si autem recte distinguit, patet omnino, eum de templo a *s. Remaclo* constructo & consecrato verba facere.

Sed si, quod Adversarius pronunciat, *clare & perspicue* dicitur, a *Goduno* constructum & consecratum fuisse, qui factum est, ut ad hæc tempora nemo id adverterit? *Ægidius, Franciscus Laurentii, alii catalogographi, Chapeavillus, Stabulenses omnes* hanc narrationem perspectam habuerunt neque tamen eorum quisquam advertit, in ea structuram & consecrationem Basilicæ Stabulensis *Godono* tribui: si enim animadvertissent, *Godonum Episcopum* dixissent, quippe qui Ecclesiam consecravit, quod Episcoporum proprium est. At nemo hac causa Episcopum dixit: itaque *clarum & perspicuum* illis fuit, non fieri hic mentionem templi a *Godono* consecrati.

Ut interpretationem meam, quæ nunc ex superioribus sibi constat, confirmarem, observavi translationem *s. Remaclii* factam esse anno 675. non esse autem *s. Remaclii* verisimile, eum tam infirmum & ruinosum extruxisse Monasterium, ut sexto *prima* aut *septimo* ab ejus obitu anno aliud exstruendum esset. Duo reponit Adversarius: *facta an.*

Pag. 26. primo Dedicationem Ecclesiae Stabulensis non esse factam anno 675, sed anno 685. Verum ego Translationem anno 675 factam dixeram; de Dedicatione non venerat mihi in mente cogitare; contendo enim hic loci, eam ab ipso S. Remacli, qui ante paucos annos obierat, factam esse. Adversarium rogatum vellem, ne deinceps, a me dicta esse scribat, quæ neque dicta sunt, neque dici poterant. Ceterum ideo Dedicationem ad annum 685. extendere voluit, ut eo verisimilius esset, potuisse hoc intervallo ædificatum a S. Remacli Monasterium corrue : quasi neque firmius & solidius fuerit, quam ut viginti aut triginta annis subsistere posset. Quare autem Translationem anno 675. factam dixerim, repetendum est. Facta est 25. Junii, quæ dies in Dominicam incidebat hoc anno, Translationes autem reliquiarum diebus Dominicis fieri consuevisse, vulgatum est. At, inquit Adversarius, 25. Junii etiam in Dominicam incidebat anno 685. Ita est ; & istud ego sciebam : dicam igitur, quare annum 675 illi, quem nunc Martenus adoptat, prætulerim. Prudenter agere volebam, ut ita agerem, nihil a Goduino factum esse hoc aut illo tempore dicere debebam, nisi prius constaret, eum hoc tempore vixisse. At constabat mihi ex Diplomate Theoderici Regis anni 673. & ex Diplomate Dagoberti Regis anni 677. quæ Godoino Abbati concessa sunt, eum anno 675 in vivis fuisse. Prudenter itaque statui, Translationem factam esse hoc anno : egismus autem imprudenter & temere, si ad annum 685. revocassem ; nullo enim Instrumento aut Auctore edoceor, Goduinum vitam ad hunc annum porrexisse. Quando autem Translationem S. Remacli ad annum 675. collocare prudentia jubet & ego Disceptatione prima ostendi, S. Lambertum Episcopum superiori anno Stabuleum accessisse, non videor mihi peccassem, cum suspicatus sum, ab eo factam fuisse Translationem sui in Tungrensi sede prædecessoris. Etsi enim Episcopatu dejectus esset, non est dubium, quin Translationem reliquiarum potuerit perfidere ; quia ad eam non requiritur facultas exercendi munia Episcopalia. Sed sunt hæc fere parerga : fruunt tamen propugnanda, quia temere ab Adversario impugnata, nunc proprius ad rem.

*Templum  
primum*

*Stabulense  
longo tem-  
pore substi-  
tit ; quare  
non est a  
Goduino  
exstructum.*

Aliud monumentum in medium afferit, ut templum a Goduino exstructum & consecratum efficiat. *Novam*, inquit, *Basilicam Stabuleti post S. Remacli mortem eretam fuisse*, discimus ex primario Auctore Vita S. Remacli, qui primum ejusdem Confessoris Miraculum, post felicem ad Deum transitum narraturus, hac habet : *Eo tempore quo fabrica Ecclesie nostræ agebatur, contigit ad esse quendam, Joseph nomine.* Marteniani argumenti in eo vis omnis consistit, verisimile esse, paulo post S. Remacli obitum novam Basilicam extructam fuisse, si hoc Miraculum primum fuit inter ea, quæ post mortem patravit. Neque ego huic disputandi rationi me admodum oppono. Igitur unum istud videndum est, an primum fuerit aut, quod in idem recidit, pro primo ab Hagiographo narretur. Afferit quidem sine hæsitatione Martenus ; afferit tamen perperam : nam Hagiographus nullo verbo indicat, primum fuisse ; immo oppositum innuit, dum scribit, se hoc miraculum primo loco referre, ut post facilius reliqua credibilia esse comprobet. Hoc enim ut assequeretur, non necesse erat, ut primum S. Remacli Miraculum referret, sed ut Miraculum referret sua ætate certum & omnibus notum ; quæ duo comitari possunt Miraculum ante paucos annos patratum, non ita facile miraculum duorum sæculorum tenebris obvolutum. Vivebat autem Hagiographus paulo post Ludovicum Pium, quare miraculum narratum sub hoc Imperatore aut summum sub ejus patre patratum fuit centum septuaginta circiter a Remacli obitu annis. Jam vero

Vero non inviti dabimus, sub Ludovico Pio aut Carolo M. exstructam fuisse Stabuleti novam Ecclesiam. Malmundarii, ubi ædificia aliquot duntaxat annis Stabulensis antiquiora erant, iisdem temporibus antiqua Ecclesia renovata est ab Absalone Abbatte atque ab Hildebaldo Archiepiscopo Colonensi consecrata. Idem circa idem tempus factum esse Stabuleti, cum ex circumstantiis temporum, tum ex miraculo ab ipso Adversario citato omnino verisimile est. Itaque illud sententiam ejus jugulat, meam confirmat. Quando enim plusquam verisimile est, non fuisse constructum novum Monasterium statim a Remacli obitu, inde consequitur, textui Narrationis haec tenus excusso nullam vim inferendam, sed esse omnino secundum artis Grammaticæ & linguae Latinæ regulas, ut fecimus, interpretandum.

Martenus statuerat, *Godoinum* fuisse quoque Episcopum. Est id alterum in quo ab eo dissensi. Dupli ex capite ita statuerat: *primo quod Ecclesiam Stabulensem a se construetam ipse CONSECRARERAT*. Sed hoc falsum esse, est jam ostensum; evanescit itaque primum ejus argumentum. Secundo ideo Episcopum dicebat, *quod Theodoricus Rex Godoini petitioni assenserit, imo, pro reverentia ipsorum Monasteriorum. 2do. considerans ipsius Viri Godoini SACERDOTIUM. 3io, attendens ejus erga regnum Regemque fidem.* Nam, inquit Adversarius, *apud veteres Sacerdotium & Episcopatus sunt Synonyma.* Concessi Sacerdotium & Episcopatum aliquando esse synonyma; sed ostendi multis exemplis adductis esse quoque synonyma Sacerdotium & Presbyteratum. Fatetur Adversarius, additque sibi id notum fuisse. Igitur proferendæ erant utrimque rationes, unde liqueret an de *Presbyteratu* an vero de *Episcopatu* vox *Sacerdotium* hoc loco esset intelligenda. Ego abs mea sententia has protuli: primo eam fuisse Theodorici temporibus, cum ob Presbyterorum infrequentiam, tum ob sanctitatem vitæ *Presbyteratus* dignitatem, quam merito considerare deberet & posset Theodoricus Rex. Deinde cum nemo ante nos in hac voce Episcopale culmen detexerit; denique cum in duobus illi concessis Diplomatis ejus nomen sexies occurrat, atque solummodo *venerabilis Abbas* appelleatur, nuspian autem & nunquam *Vir Apostolicus, Episcopus, Pontifex, Dominus aut Pater*; inde statuebam, coævorum exemplum sequendum esse, quippe qui *Godoinum* noviscent, nunquam tamen Episcopum appellavissent. Has rationes cum nequidem oppugnarit Adversarius, recte videor mihi vocem *Sacerdotium* hic loci in *Presbyteratum*, non item in *Episcopatum* vertisse. Ceterum et si meas rationes non impugnat, unam tamen nunc abs sua sententia affert. *Vocem*, inquit, *sacerdotium cum usurpat veteres ad designandum titulum honoris, unus competit Episcopis, quemadmodum SANCTITATIS Titulus solis hodie datur Pontificibus Romanis.* Non sunt hæc ita clara, ut luce non indigeant. Quid hoc enim rei est, *usurpare vocem Sacerdotium ad designandum Titulum honoris?* Sanctitas, Majestas, Reverentia tituli honoris sunt. Ita enim possum aliquem alloqui: *Tua velim Sanctitas tribuat hoc precibus meis, ut &c. Det mihi tua Majestas, ut &c. Tua Martene Reverentia hunc mihi nodum solvat.* At nunquam auditus est quisquam dicere: *Tuum Sacerdotium mihi manus imponat.* Quare male ab Adversario hæc vox cum titulis honoris composita est. Quod si nunc daremus, esse re ipsa titulum honoris, nihil tamen inde ejus causa firmaretur; esset enim perinde falsum, eam tunc unus competere Episcopis. quod ego exemplis probo. S. Richarius dicitur, in Vita ab Alcuino scripta, *Sacerdotali auctoritate libera voce castigasse Regem Dagobertum; Dagobertus Sacerdotem Christi suum ad convivium venire rogasse.* S. Gallus legitur *jussione Columbani Abbatis invitum Sacerdotii suscepisse dignitatem.* Chlotarius Rex S. Agilum

*Marteni  
Argumen-  
tum, quo  
Godoinum  
Episcopum  
fuisse con-  
tendebat,  
evertitur.*

ita affatur : Reverende pater & Sacerdos Dei. Augustinus *Lirinum ad honorem Sancti Sacerdotii sacro sancto Ordine consecratum sublimavit.* Nonne hic perinde ac in Theoderici Diplomate vox *Sacerdotium usurpatum* ad designandum titulum honoris ? attramen certum est , neque negare sustinuit Adversarius, *presbyteratum solummodo* designare. Constat enim, eos omnes, de quibus sermo est, solummodo *Presbyteros* fuisse. Ergo Adversarius, cum rationem nullam haberet, quare verba Theoderici de Episcopali dignitate interpretaretur, *Godonum* perperam Episcopum dixit : ego cum multas, quas attuli, haberem, quare de presbyteratu interpretarer, recte & jure negavi Episcopum fuisse.

*Tertio Marteni Argumen- to bona si- dei larva detrahi- tur.* Inter rationes, quibus contendit, *Godonum* non esse Episcopum nuncupandum, neque ob *Sacerdotis* titulum neque ob Historiam Dedicationis Ecclesiae Stabulensis, hanc quoque attuli, quod Franciscus Laurentii, Vir his in instrumentis domesticus, ob neutrum horum capitum *Godonino* Episcopalem dignitatem adscribat. Verum ipsum Franciscum Laurentii nunc adversum me in arenam producit Adversarius. *Quid his, inquit, diutius immorarum, cum Goduinum Episcopum faciat prædilectus auctor Roderici Franciscus Laurentii ?* Nam plures recensens illorum temporum Episcopos regionarios, in his *Godonum* accenset : PROUT, inquit, IN HOC MONASTERIO STABULENSI PAPOLENUS, ET RABANGARIUS SIVE GODUINUS. Pergit : *quid ad hæc repones Roderice ? id quidem non ignorabas, sed ignorasse me existimabas atque ut ignorare pergerem, QUÆ EST BONA FIDES TUA, Laurentii textum citans Godoni nomen suppressisti.* Perii ! occidi ! Reponam tamen ; quærerit enim quid repositurus sim ? sed reponam ea, quæ, cum Marteni confidentiam quis attendit, nunquam credidisset reponi potuisse. Ita est *prædilectus auctor meus* Franciscus Laurentii scribit, *Goduinum Episcopum* fuisse. Causam ? an ob textum Historiæ Dedicationis ? an ob *Sacerdotis* titulum ? Nequaquam ; nam vir bonus non ea erat ingenii acie, ut Episcopale culmen ibi, ubi non esset, inveniret. Ob quam igitur ? audiamus hominem : *Fuit, inquit, hic Abbas Goduinus BINOMIUS ; nam in antiquo quodam Diplomate Caroli Martelli de tempore Childerici II. Regis, reperitur Rabangarius nuncupatus. . . . . Carolus autem Martellus majordomus eundem Virum Apostolicum, Rabangarium Episcopum, Abbatem Stabulensem nominat.* Et infra : Nec Sigolino nec Abolino attribui debet Rabangarii Episcopi appellatio, sed soli competit Abbati *Goduino*. En causam quare Franciscus meus *Goduinum* Episcopum nuncupavit, quia scilicet creditit, eundem esse cum *Rabangario*, quem Carolus Martellus *Virum Apostolicum & Episcopum* appellat. Nunc ego quoque quærar, quid ad hæc repositurus sit Adversarius ? An etiam credit, *Godonum* eundem esse cum *Rabangario* ? Non credit. Qua ergo fide mihi Franciscum meum opponit ? dum enim id facit, simulat se cum illo idem sentire, cum tamen re ipsa dissentiat, atque contendat, *Godonum* non esse eundem cum *Rabangario*. Quod si autem non est idem, jam cœsat causa, quare eum Franciscus Episcopum dixerat : non potest itaque neque debet mihi Francisci opinio hic objici, cum secundum Martenum & secundum meipsum confessio & manifesto errori innittatur. Sed sunt hac in realia duo Marteni peccata. Cum recensitos a Francisco Episcopos Regionarios rescripsi, scripsi *Papolenus & Rabangarius* omissis his verbis : *sive Goduinus*. Dicit nunc Martenus, me, ita rescribendo, *Goduinum* suppressisse. At si negavero me suppressisse, quomodo probabit ? Nam, cum *Rabangarius & Goduinus* secundum Franciscum unus idemque Abbas fuerit, illo nominato hunc nominavi. Possem ego, si expostulare placeret, potius querere, cur Martenus dicat, a Francisco tres Episcopos-regionarios recensitos esse, cum duos duntaxat recensuerit, *Papolenum* scilicet & *Rabangarium*, qui, ejus

ejus judicio, quandoque *Godoinus* appellatus est. Tertium Marteni peccatum est, quod hic mecum expoitulet, quod *predilectum meum Auctorem* Franciscum Laurentii hac in re noluerim ducem sequi, alibi vero acribus verbis inveniatur, quod ducem sequar. Si ex æquo & bono, ut par erat, disputare volebat, debebat rationes meas laudare; nam vel ex hoc loco poterat observare, me Franciscum *meum* sequi, ubi veritatem comitem habet; contra eum a me deferi, ubi errorem sequitur. An virum probum & veri studiosum ita agere dedecet?

### C A P U T III.

#### *De Godolini ad Absalonem usque successoribus atque Ecclesiæ Colonensis Metropolitana Dignitate.*

 Odoino successit *Papulinus*, cuius mentio fit in præcepto Chlodovei regis dato anno 693. Post *Papulinum* seu *Papolenum* nostris Monasteriis præfuit *Rabangarius*, quem Adversarius Mabillonio aliisque qui de Stabulensibus rebus tractaverunt, incognitum fuisse non ex vero scribit. Ipsa enim, quod supra vidimus, Francisci Laurentii verba citavit, in quibus *Rabangarii* mentio. At in eo peccatum est a Francisco, quod crediderit, eundem esse cum *Goduno*: contra recte a Marteno observatum, non esse eundem. Nam hic Abbas erat anno 673. secutus est dein *Papolenus*: *Rabangarii* vero mentio primum fit anno 720 in placito Caroli Martelli dato die VI. Non. Decembbris regnante Chilperico Rege. Francisco errandi causa fuit, quod ejus ætate series Regum Francorum neccum ordine esset digesta: scribebat enim ante Valesios & Henschenios. Inde quoque factum, ut Notgerus aliquie in primis Abbatibus ordine disponendis parum feliciter versati fuerint. Utrumque, *Papulinum*, juxta ac *Rabangarium*, Episcopum fuisse, vera est Marteni observatio: hoc titulo aliquoties in diversis illius ævi instrumentis insigniti veniunt.

*Rabangarii successores*, quia non recensuerat Adversarius, recensui *Abolinum*, *Crodmarum*, *Amolgerum*, *Amingerum*, & *Anglinum*. Ita præibant catalogi, quanquam suspicari licet, ex diversa scribendi ratione ex uno duos prognatos. Sane non requirebant omnino quatuor Abbes inter *Rabangarium* & *Anglinum*, si attendimus summum annorum viginti intervallo sejunctos fuisse. Ceterum de iis nulla alibi mentio. Unius Anglini fit aliqua in tribus Diplomatis sub Childerico III. concessis & in anonymo scriptore Malmundariensi saeculi XI. a me laudato. Successorem habuit, quem antea discipulum habuerat, Sanctum *Agilolphum*, ex Abbe Colonensem antistitem, Zachariae Papæ & S. Bonifacii temporibus. De eo pluribus egi, pluribusque iterato agendum est, quia Adversarius ita mea verba inflexit, ut ejus ex scriptis nemo sine OEdipo divinaturus sit, an eum *Arch-Episcopum* faciam nec ne?

Pagina 76 scribit, me contendisse, Colonenses Antistites Metropolitani dignitate neccum fuisse insignitos tempore Zachariae Papæ & S. Bonifacii; proindeque S. Agilolphum non fuisse Metropolitam. Pagina sequenti cum narrasset, S. Bonifacius a Zacharia Metropolim Colonensem confirmatam fuisse, deinde, postquam Moguntiam translatus esset, Moguntinam, ex his omnibus, prosequitur, nonnisi male inferre potest Rodericus, Moguntinam tunc & Colonensem Ecclesias in Metropolitanas erectas fuisse. Itadum me oppugnare aggreditur, ne hoc quidem laborat, ut intelligat, quid propugnarim. Duas enim, easque inter se

Tom. II.  
coll. ampl.

Vind. pag.  
76. 77.

Marteni  
de Metro-  
poli Colo-  
nienſi ſen-  
tentia.

*Fuisse Metropolim jam inde a seculo V. aut IV.*

*Eius sententia princeps argumentum everitur.*

*Probatur non fuisse Metropolim ante seculum VIII. medium.*

*Comment. de Aug. Trevir. pag. 46.*

pugnantes sententias, mihi eodem in loco affingit. Quare quid ego, quid ille sentiamus, depromam. Ille Metropolitanam dignitatem Ecclesiæ Coloniensi multis ante *S. Bonifacii*, quem in eadem sede *S. Agilolphus* excepit, ætatem sæculis annexam tuissc contendit: ego ejusdem a *S. Bonifacio* initium, fundamentum & occasionem repeto. Princeps Marteni argumentum est, quod in Notitia Imperii, temporibus Honorii Imperatoris scripta, legatur: *Provincia Germania secunda, Metropolis Civitas Agrippina, Civitas Tungrorum.* Eodem argumento usi sunt ante Martenum, præter Anonymum apud Gelenium in Hierotheca & Petrum de Marca Diss. de Primatibus, alii quamplurimi. Respondetur autem, quod verissimum est, agi hic solummodo de Civilibus civitatum ornamenti & dignitatibus. Sane obtinuit fere istud, ut quæ civitas Metropolis Civilis esset, esset item Ecclesiastica: sed non obtinuit semper. Athanasius ad Solitarios scribit, missos esse in Legationem ad Constantinum Imp. a *S. concilio Vincentium Capuae, quæ Metropolis est Campania, & Euphrathen Agrippina, quæ est Metropolis superioris Gallie: μητροπόλεας τῆς ἡώ γενέτης* His verbis nihil ad id, quod propositum est, poterat convenientius occurtere. *Vincentius erat Episcopus Metropoleos Capuensis: sed erat ne Episcopus Metropolitanus?* nequaquam. Nam Joannes VIII. anno 966, testante Sigonio lib. 7. de Regno Italæ, *ut gratiam Principibus Capuanis referret, ARCHIEPISCOPATUM APUD EOS INSTITUIT.* Sicut igitur Capua Honorii I. & Athanasii temporibus Metropolis Civilis erat, quin esset Metropolis Ecclesiastica, ita Colonia eadem tempestate erat Metropolis civilis Germaniæ secundæ, at ejusdem Germaniæ non erat Metropolis Ecclesiastica. Adhæc si Colonensis Antistes Metropolitanus fuisset, qua ratione factum est, ut ad sæculum octavum medium nemo Antistes Colonensis fese in Conciliorum subscriptionibus aut alibi Archiepiscopum nuncuparit? Cur scriptores æquales eos simpliciter Episcopos nuncuparunt? Cur in subscriptionibus & alibi non Archiepiscopi, sed simplicis Episcopi locum occupant? ut in ipsis Athanasii verbis videre est, ubi *Vincentius Capuensis Euphrati præponitur.* Id ne factum esset, si hic fuisset Metropolitanus? In diplomate Dagoberti regis apud Kyriandrum *Cunibertus scilicet Episcopum* solummodo nuncupat. Neque aliud axioma sibi tribuit in Epigraphæ calicis, quam post accuratum oculatumque examen autographam puto. Ea ita habet: est enim rescribenda, quia mendose a Gelenio edita:

† HUNC CUNIBERTUS EPIS CALICEM PRO CHRISTI SANGUINE COPSI.  
Vox *copsi* est forte a græco *κόπτει*, videturque ideo adhibita, duplii functæ officio ut quatuor primæ literæ, has referrent *copus*, quæ ab *epis* absclissæ erant. Est ideo magis verosimile, quod in voce *copsi*, ultima litera ceteris duplo minor sit. Neque enim est id sine mysterio factum. Quanquam verisimilius forte aliquibus videatur, vocem *copsi* latinam esse contractamque ex *compsi*.

Qui post *Cunibertum* secuti sunt Episcopi, non alio item quam *Episcopi* axiomatice utuntur. *Raginfredus* in Concilio Germanico I. 742 simpliciter *Episcopus* nuncupatur. Ejus temporibus *S. Bonifacius* *Zachariæ* scribebat: *Franci enim, ut seniores dicunt, plusquam per tempus octoginta annorum synodus non fecerunt, NEC ARCHIEPISCOPUM HABUERUNT.* Habebant tamen Coloniæ *Raginfredum* antistitem: quod si hæc Civitas Metropolis fuisset, nonne fuisset Episcopus Metropolitanus? nonne, quemadmodum laborarunt, ut aliqui Galliæ Metropolitanæ, pallium obtinerent, ita laborassent, ut etiam illud *Raginfredo*, qui per multos annos præfuit, concederetur? Præfuisse autem *Raginfredum* sat longo

go tempore inde manifestum, quod Broverus ex antiquis chartis ostendat, eum anno 735 cum S. Willibordo quædam mancipia commutasse.

Martenus opponit *primarium Vitæ S. Remacli scriptorem*, qui *Cunibertum Colensem Metropolitam appellat*. Potuisset his addere Anselmum, Pseudo-Marcellinum aliasque posteriores scriptores: neque eorum numerus me in angustias redigisset. Scribebant ii in multo post S. *Cunibertum* eoque saeculo, quo Colonia dudum Metropolis fuerat. Jam vero quis miretur, eos ætatis suæ nominibus usos, cum superiorum temporum proprietates & usus minus exploratos haberent? Ut erant tempora, majorem accurrationem præstare non poterant scriptores noni saeculi, cum de sexto & septimo loquerentur. Eveniebat iis, quod in pictoribus & sculptoribus nostræ ætatis novum & insolens non est: qui S. Benedicti Signum aut imaginem facturi mitram capiti, pedum manibus appetant; quanquam constat, multis post Benedictum seculis ejusmodi insignia Episcopalia cum Abbatibus communicata fuisse. Quare eorum his in rebus auctoritas eadem est atque pictorum muros Bethuliæ pulvere nitrato & pyrobo lis evertentium,

*Alternas  
Adversarii mo-  
mentum  
profugatur*

Literæ Zachariæ Papæ ad Bonifacium & hujus ad illum huic quæstioni lucis quamplurimum afferre deberent. Sed nefcio quo pacto evenit, ut eas a se laudet Martenus, ego a me. Omnino necesse est, ut nostrum alteruter in errore sit. Erat jam dudum S. Bonifacius Archiepiscopus regionarius atque Archiepiscopi vices in Germania prima & secunda agebat. Cœpit tandem de certa sede cogitare: expetiit certam a Francis: hi Coloniam assignarunt. Ea sive tunc Metropolis esset, sive non esset, Bonifacius perinde ac antea Archiepiscopali potestate gaudebat in eas gentes omnes, in quas illam antea exercebat. Ipse atque Franci hac super re scriperant Zachariæ: respondit Zacharias: *De civitate illa, quæ nuper Agrippina, nunc vero Colonia, juxta petitionem Francorum per nostræ auctoritatis præceptum nominis tuo Metropolim confirmavimus, & tuæ sanctitati direximus profuturis temporibus ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ Stabilitatem.* Zacharias concedit, confirmat, quod a Francis expetitum est. Quid autem expetitum est? ut Colonia Bonifacio esset sedes Metropolitanæ; ut futuris temporibus stabiliter Metropolitanæ esset. Ut Archiepiscopalís dignitas, quam illi interebat Bonifacius, sedi huic stabiliter adhæreret & pro futuris temporibus illi annexeretur. Ita plane Zachariæ verba interpretanda mihi videntur. Nam si ea jam per aliquot saecula illi affixa erat, non erat cur peteretur, ut futuris temporibus proque Bonifacii successoribus affixa persisteret: non erat, cur Zacharias per Bonifacium sedi Coloniensi dirigeret aut concederet pro futuris temporibus *stabilitatem* Metropolitanæ Ecclesiæ. Non sine causa voci *STABILITATEM* insisto magnamque in ea vim pono. Recte a me intelligi, ex Bonifaci ana ad Stephanum III. infra rescribenda manifestum est. S. Willibrordus, Sergio Papa annuente, sedem Episcopalem in Trajectensi castro sibi constituerat. Eo vivis exempto Hildigerus Coloniensis antistes illam suppressare cogitabat: contra Bonifacius suppressam nolebat. Hac de causa Stephano Papæ scribit, *ut sua auctoritate corroboret, ut sedes illa STABILIS permaneat.* Id est, ut dignitas, quam Willibrordus castro Trajectensi intulerat, illi *STABILITER*, id est, constanter & perpetuo affixa persistat. Ex his cum sepe aperiat manifeste *stabilitatis* notio, liqueatque, hanc vocem usurpatam, cum erat statuendum, ut aliquid recens institutum deinceps constanter & perpetuo obtineret, constat sibi quam maxime explicatio mea. Itaque potentibus Bonifacio & Francis Archiepiscopale ornamentum, quod in illo personale solummodo erat, *stabilitate* sedi Coloniensi affixum est; igitur illo erat antea destituta; igitur, quod

*Zacharias  
Bonifaciu  
nonini  
primus  
Coloniam  
Metropo-  
lim confi-  
tuist.*

statueram, a Bonifacio occasio & initium Metropolitanæ dignitatis. Componatur hæc mea explicatio cum iis, quæ Martenus ex Magistro suo rescripsit: non ve-

reor, ne adversus me sententia feratur.

*Bonifacio  
Mogunti-  
am trans-  
lato Me-  
tropol. dig-  
nitas ad  
tempus  
extinguui-  
tur.*

Bonifacius triennio postquam sedem Coloniensem adiisset, sumta, ut aliquibus videtur, ex perversis Gevvilonis moribus, occasione, ut mihi videtur, aliis de caufis, Moguntiam translatus est, eamque sedem Metropolim *sibi & successoribus suis* confirmari petiit obtinuitque. Verum hac mutatione facta, quid Metropoli Coloniensi factum est? Si ante Bonifacium hac dignitate erat instructa, retinuit eandem, fueruntque proximi Bonifacii hac in sede successores Metropolitæ, Archiepiscopi. Si autem hi non fuerunt Archiepiscopi, consequitur inde, 1mo Metropolitanam dignitatem cum Bonifacio Moguntiam traductam; 2do ideo traductam esse, quia primus eam Coloniam advexerat. Igitur Bonifacium exceptit Coloniae *S. Agilolphus*, a quo hujus disputationis occasio. Zacharias Papa anno 748. illi ita scribit, ut eum solummodo *Episcopum* vocet & inter alios Episcopos fere postremum collocet. Inde arguitur, non fuisse *Archiepiscopum*. *Hildigerus Agilolfi* successor a synchronis non vocatur Archiepiscopus. Bonifacius in controversia quæ illi cum eo intercessit & eum *Episcopum* appellat & cum eo haud secus ac cum Episcopo simplici agit. Erit operæ pretium totam Epistolam rescribere; quia ad propositum apprime facit; nemō autem haētenus ea hanc in rem usus est. Ita autem habet ex Serrariana collectione num. XCVII. Tempore Sergii Apostolicæ sedis Pontificis venit ad limina Sanctorum Apostolorum Presbyter quidam mira abstinentia & sanctitatis, generis Saxonum, nomine Willibrord & alio nomine Clemens vocatus, quem præfatus Papa Episcopum ordinavit, & ad prædicandam paganam gentem Fresonum transmisit in litoribus oceani Occidui. Qui per L. annos prædicans præfatam gentem Fresonum maxima ex parte convertit ad fidem Christi, fana & delubra destruxit & Ecclesiæ construxit, & SEDEM EPISCOPALEM ET ECCLESIAM constituens in loco & Castello, quod dicitur TRAJECTUM; & in illa sede & Ecclesia S. Salvatoris quam construxit prædicans usque ad debilem senectutem permanxit: & sibi coëpiscopum ad ministerium implendum substituit, & finitis longeva vita diebus, in pace migravit ad Dominum. Scilicet VIII. Idus Novembri anno DCCXXXIX. Mabillonio & Pagio demonstrantibus. Pergit Bonifacius; Princeps autem Carolomannus commendavit in sedem illam constitendum & ordinandum Episcopum, quod & feci. Nunc autem COLONIENSIS EPISCOPUS illam sedem præfati Episcopi Clementis, a Sergio Papa ordinati sibi usurpat & ad se pertinere dicit propter fundamenta cuiusdam destructæ a Paganis Ecclesiæ, quam Willibrordus dejectam usque ad solum in Castello Trajecto reperit & eam proprio labore a fundamento construxit, & in honore S. Martini consecravit. Et refert, quia ab antiquo rege Francorum Dagoberto Castellum Trajectum cum destructa Ecclesia ad COLONIENSEM PAROCHIAM donatum in ea conditione fuisse, ut EPISCOPUS COLONIENSIS gentem Fresonum ad fidem Christi converteret, ut eorum prædicator esset, quod & ipse non fecit: non prædicavit, non convertit Frescos ad fidem Christi; sed pagana mansit Gens Fresonum, usque quo venerandus Pontifex Romanæ sedis Sergius supradictum servum Dei Willibrordum Episcopum ad prædicandum supradictæ Gentis transmisit, qui illam Gentem, ut præfatus, ad fidem Christi convertit. Et modo vult COLONIENSIS EPISCOPUS Sedem supradicti Willibrordi prædicatori sibi contrahere, ut non sit EPISCOPALIS SEDES SUBJECTA ROMANO PONTIFICI prædicans Gentem Fresonum. Cui respondebam, ut credidi, quod majus & potius fieri debeat præceptum Apostolicæ sedis & ordinatio Sergii Papa & legatio venerandi prædicatori Willibrordi, ut & fiat SEDES EPISCOPALIS

LIS SUBJECTA ROMANO PONTIFICI prædicens Gentem Fresonum , quæ magna pars illorum adhuc pagana est , quam destructæ Ecclesiæ fundamenta diruta & a paganis conculcata & per negligentiam EPISCOPORUM derelicta . Sed ipse non consentit . Sed modo Paternitatis vestre & judicio intimare dignemini , si hoc ius- tum sit responsum & vobis placeat , quod illi COLONIENSI EPISCOPO reddi- di , vestra auctoritate corroborare , ut præceptum Sergii Pape & sedes illa stabilis per- maneat . Sic enim potestis nos , si vobis placet , adjuvare , si de scrinio Ecclesiæ vestre exemplare jubetis & mihi transmittere , quidquid præfato Episcopo Willibrordo ordi- nato Sanctus Sergius præciperet & conscriberet , ut ex auctoritate Sanctitatis vestre contradicentes convincere & superare valeam . Si aliter autem justius Sanctitati vestre videatur , consilium Paternitatis vestre mihi insinuare dignemini , ut sequar . Hæc scribebat Bonifacius anno DCCLIII . Hildegario Ecclesiam Colonien- sem regente . Ejus mentionem facit ; Archiepiscopum aut Metropolitam nullibi nuncupat . Prædecessores illius Episcopos etiam simpliciter nominat . Certe si Colonensis Antistes Metropolita fuisset , fuisset omnino Metropolita Trajec- tensis Episcopi , est autem luce meridiana clarius , non fuisse . Nam Eccle- siam in Traiectensi castro ædificaram ad Parochiam Colonensem pertinere con- tendebat quidem Hildegarius ; sed non contendebat , quia Metropolita esset ; ve- rum quia ædificata esset super ruderibus templi a Dagoberto Rege Francorum pridem Ecclesiæ Colonensi dati . Deinde Hildegarius sedem Traiectensem sup- primi volebat ; quod sane illi nunquam venturum fuerat in mentem , si Metro- polita fuisset : hoc enim facto sustulisset illud , sine quo Metropolita esse non poterat . Adhæc contendit Bonifacius , Traiectum fuisse sedem Episcopalem Romano Pontifici subjectam atque , ut deinceps esset , laborabat : nihil itaque Co- lonensi antistiti illa ætate juris in illam fuisse & esse , volebat . Denique si se- des Episcopalis Traiectensis fuisset Colonensi sedi tanquam Metropoli subjecta , fuisset id factum temporibus Willibrordi , illius auctore & fundatore . Verum Bonifacio tam est certum , non esse id factum , ut Sergii Papæ ad Willibrordum Epistolas petat , quibus contradicentes convincere & superare valeat . Post Hil- degarium secuti sunt Bertholinus , dein Richolpus , in quibus Archiepiscopalis dig- nitatis , si coævos evolvimus , tantum quantum in Hildegario . Quare cum inde consequens sit , Coloniae non fuisse Metropolitas aut Archiepiscopos longo post Bonifacium temporis spatio , inde multo apertius consequitur , neque fuisse ante eum . Si tamen Bonifacius Coloniae perstitisset sedemque usque ad obitum te- nuisse , non est dubium , quin Stabilitas Metropolitanæ Ecclesiæ sese in proximis Successoribus manifestasset . Ceterum , quod in Bonifacio cœperat , atque in eo extinctum fuerat , tandem sub Carolo M. excitatum est , atque Colonia in Metropolim erecta cum Saxoniæ Episcopatus adumbrari & institui cœperunt . Quo facto etiam tot Suffraganeos accipiebat , ut jure Metropolis appellari & fieri posset .

Ut , translato Moguntiam Bonifacio , demonstrent aliqui , Coloniæ non fuisse Metropolim , Zæhariæ Papæ Epistolam producunt , qua Tungri , Colo- nia , Wormacia , Spiratia , Trectis , cetera , Metropoli Moguntinæ subjiciuntur . Sed hoc ego argumento uti nolim variis de causis : 1mo quia ex C. Ex- posuit . X. de Dilation . item ex C. de Persona Dist . 65 non videtur veteri dis- ciplinæ Ecclesiastice oppositum , aliquot Metropoles eminentiori alicui Metro- tropoli subjectas . quod a Cointio pridem observatum est . 2do . quia possit hu- jus Epistolæ auctoritas in dubium vocari . Nam in MS. S. Martini Majoris Coloniae Civitates Colonia , Tungri & Trectis desiderantur . Deinde , quod Pagius advertit , subscriptio tota quanta est in mendo cubat , aut si recte haber- F fal.

probatur , nihil probat .

Falsum est , quod in epistola legitur , Bonifacium , cum ea scriberetur , elabo-  
rass̄e per annos XXV in prædicione Evangelii . Tertio Zacharias Bonifacio EPIS-  
COPO perpetuam in Domino salutem dicit ; cum alibi cum ARCHIEPISCO-  
PUM , idque jure merito , nuncupet . Adhæc haud satis intelligo , quid fibi  
velit Zacharias , cum Bonifacio enarrare instituit , quæ ex parte eo narrante per-  
spexerat . Intelligo multo minus , cur scribat ei : In Francorum Provincia nostra  
vice concilium peregisti . Sciebat enim Zacharias , non unum a Bonifacio , sed  
plura fuisse celebrata Concilia : quod omittere non debebat , si , quod profi-  
tetur , ejus labores & res bene gestas extollere atque enarrare volebat . Intelli-  
go autem minime , cur fanciat , ut supradicta Ecclesia Moguntia perpetuis tempo-  
ribus Bonifacio in Metropolim sit confirmata , cum in tota epistola Moguntinæ  
Ecclesiæ ne verbulo mentio fiat . Sed per Epistolam Bonifacii ad Stephanum  
Papam , jamjam rescriptam , de corruptione aut falsitate Zacharianarum lite-  
rarum vix est fas dubitare . Petit in ea Bonifacius rogatque , ne Trajectensis  
sedes supprimatur , hac causa ad Sergii Papæ epistolas Willibrordo scriptas pro-  
vocans . Verum Sergii literis non erat opus , si genuinæ erant Zacharianæ .  
Nam cum per has Trajectum Metropoli Moguntinæ subderetur , statuebatur  
hoc ipso , ne supprimeretur . Zacharianis itaque , præsertim cum recentissimæ  
essent memoriae , usurus fuisset aduersus Hildegarium Bonifacius , si ei cognitæ  
fuissent . Accedit , quod in laudata epistola scribat Bonifacius , Trajectensem  
Ecclesiam esse Rōmano Pontifici subjectam atque , uti id deinceps obtineat , Pon-  
tificem multis precibus conveniat . quod apertum est argumentum , aut cor-  
ruptas aut falsas esse literas Zachariæ , quibus Trajectum sedi Moguntinæ sub-  
jicitur . Verum hæc Viro Amplissimo atque M. Reverendo , qui brevi hac  
super re commentatus est , diligentius expendenda permittimus . Id unum  
mihi hic propositum fuit , ut intelligeret Martenus , an S. Agilolfo , an S. Cuniber-  
to Metropolitanam dignitatem tribuerem , & ut perspiceret , me eam utri-  
que jure meritissimo denegare .

*Ecclesia  
Malmun-  
dariensis  
ab Absa-  
latone Ab-  
bate reno-  
vata.*

De Agilolfi proximis Successoribus agens observavi renovatam  
ab Absalone Abate , qui Ludovici Pii ætate vivebat , Ecclesiam Mal-  
mundariensem per Willibertum Archiepiscopum Colonensem consecratam fuisse .  
Quo facto censoriam Adversarii virgulam in me provocavi . Id a Francisco  
Laurentii acceptum scribit ; quod verum est . Adhæc advertit , Williberti Pon-  
tificatum ab Absalonis præfectura annis plusquam quinquaginta distare . Est quo-  
que istud vero conforme . Quare Franciscum corrigere debuissim , atque pro  
Williberto , qui inadvententer excidit , Hildebaldum reponere . Gratias Adver-  
sario habeo , quod errantem monuerit : utque non solum habeam , sed etiam  
repandam , par pari referam . In Præfatione Collect . Amplif . de Bertranno  
Abbate , qui hoc muneris post annum MV . indeptus est , incognita prolatus scri-  
bit , sapientissime prefuisse instauratumque ejus maxime opera ab Evergero Colonensi  
anisitite Monasterium Malmundariense . Passus est hic Martenus , quod Franciscus  
meus : anachronismum peccavit . Erat jam aliquot annos extinctus Everge-  
rus , cum Bertrandus abbatiam regendam accepit . Ad hæc restauratum erat  
Monasterium & Ecclesia consecrata ante Bertrandi tempora . Hanc enim Ra-  
vingerus Abbas per Evergerum consecrari curavit IV . Idus Sept . anni 992 . Sed  
dum istud mihi sumo , ut Adversarium moneam , ejus supercilium non induam ,  
neque verba usurpans dicam : Vide quantum erras Martene , si hebdomadas pro  
annis computares , vix quidem intentum obtineres . Veritas cum propinatur , felle  
mischanda non est . Addit tertio , verisimile non esse , Absalonem , qui sesqui an-  
no præfuerit , intra tam breve temporis spatiū amplissimum , quale insigne Mal-  
mun-

*mundariense Monasterium decebat, templum erexit. Verum erectum ab eo fuisse amplissimum templum, neque ego neque Franciscus Laurentii diximus; diximus renovatum. Id vero breviori etiam tempore fieri potuit. Absalon obiit anno 817. nam Ando successor ejus hoc eodem anno sexto Idus Julii interfuit conventui Aquisgranensi a Ludovico Pio coacto. Andonem ordine excepérunt Ratholdus, deinde Harindus. Qui successerunt per solidum sæculum, amplum, quo Marteno discederem, campum aperuerunt.*

## C A P U T I V.

*Abbates geminorum Monasteriorum Beneficiarios a Marteno per-  
peram, a Rodericore recte collocatos.*



Æculo nono, ut aliis passim Monasteriis, ita Stabulensi & Mal- primus  
mundariensi Abbates Beneficiarii dati sunt; quorum alii Clerici Abbas.  
alii Laici fuerunt. Horum primus, inquit Adversarius, occurrit Luit- secularis.  
fridus comes, cuius meminit Albericus ad annum DCCCCXXI his ver-  
bis: „Abbas Stabulensis Dominus LEUTHBERTUS Episcopus & Abbas; dein-  
„de LUITFRIDUS comes & Abbas locum eundem in manu sua habuit. Ob-  
servat subinde, peccatum esse ab Alberico in notis chronicis atque, fide diplo-  
matis Arnulfi Imperatoris, Luithridum cum anno 890. componendum esse.  
quod recte observatum est. At falsum est, fuisse primum Abbatem sacerla- Discept.  
rem: falsum est ad eum usque fuisse Abbates regulares. Est istud a me Cap. V.  
Disceptione I. pluribus luculente demonstratum ostensumque, Regulares  
in Harindo, qui anno 841. obiisse legitur, desissere. Nam post hunc ab-  
batiam in Beneficium accepit Ebbo cathedralia Remensi pulsus. Secutus est Ebbo  
II. nisi forte suspicari licet ex uno eodemque Ebbone duos factos, quod Ebbo  
Rhemensis a Lothario abbatia donatus & exutus, videatur subinde a Lotharii  
fratre in eam restitutus. Post Ebonem circiter annum 845. Hircarius Episco-  
pus Leodiensis titulo Beneficiario eam obtinuit. Tum Adelardus comes; dein  
Hildebaldus. quorum uterque sacerularis fuit. Argumenta, quæ adhibui nec  
repeto, nec novis, quod possem, curculo. Fatetur abunde Adversarius, se  
ex vero erroris postulatum. Unum excusationi affert: *se intra brevem pagellam  
integrā & omnibus numeris absolutam abbatum Stabulensium seriem scribendam  
non suscepisse.* Accipio excusationem: unum hoc reprehendo, quod Luithri-  
dum primum Abatem sacerarem & beneficium dixerit. Non paucos alias præ-  
cessisse, ex Stabulensibus monumentis, & discere poterat, & lectorem veri  
cupidum docere debebat.

Erat etiam alia causa, quare diligenter attenderem, an Abbates, qui ab anno 841. ad annum 880. præfuerunt, Beneficiarii fuerint, necne? scilicet erat mihi investigandum, an is Abbas, qui ab anno 880. ad annum 890. præfuit, *Luithridus* Abbas Beneficiarius an vero Regularis fuerit? Putabam autem id fieri posse, si sciretur cuius categoriæ Decesiores & Successores fuissent. Ita enim argumentabat: cum eadem esset Ecclesiæ & Imperii facies anno 880. atque annis quadraginta præcedentibus & totidem sequentibus, inde mihi apertum videbatur, non fuisse ab eo, quod usu receptum esset, recessum; proindeque Abbatem annorum 880. & novem proxime sequentium talem fuisse, quales fuerunt Successores & Prædecessores. Jam vero & hi & illi Beneficiarii fuerunt, igitur is, qui Abbas fuit inter annum 880. & 890. fuit quoque Beneficiarius. Argumentandi rationem intactam relinquit Adversarius; non negat successores ejus,

qui anno 880. præfuit, fuisse Beneficiarios ; de Successoribus, fatetur. Igitur recte ab ejus sententia, nam ad hoc tempus Abbatem Regularem collocarat, a Roderico recessum est.

*Idem o-  
penditur  
ex Caroli  
Crassi di-  
plom. a  
Martenio  
perperam  
intellecto.*

Idem ut evincerem, aliud quoque momentum in medium attuli. Caroli Crassi diploma edidit, quo anno 882. Stabulensi Monasterio donat fiscum Blandinum. Imperator in eo decernit & jubet, ut nullus suorum fidelium, QUI SUPRADICTAM ABBATIAM IN BENIFICIUM HABUERIT, vel alia aliqua judicialis potestas prædictos fratres de supradictis rebus inquietare præsumat. Ex his ego arguebam, Monasteria nostra, cum hoc diploma dabatur, illius abbati beneficiario nomine obnoxia fuisse. Regerit Martenus, ea non præsens, sed futurum tempus respicere. ---- Non tangi hic Abbatem præsentem, qui fratres non molestabat, sed eos, qui Col. ampl. futuris temporibus Abbatiam habituri essent in beneficium. Enimvero quod Imperator decernit, ne quis bona, a se Stabulensisibus concessa, evertat aut labefactet, istud omnino futurum respicit; nam leges omnes futurum respiciunt. Adhæc Abbas præsens fratres non molestabat, at molestare poterat; non molestabant futuri commendatarii, at molestare poterant. Quare & eos, qui futuris temporibus abbatiam beneficiario titulo, & eum, qui tunc eodem nomine regebat, Caroli verba respiciunt. Et ex iis est apertissimum, ita usu receptum fuisse, ut abbatia in beneficium daretur, ut ne Carolo Crasso quidem incederit, eam unquam ad Regulares reddituram, alioqui horum perinde ac Beneficiariorum mentionem fecisset.

*Luithber-  
tus Abbas.*

*Præf. in  
Col. ampl.*

Verum quis fuit Abbas ille, qui ab anno 880, quo Hildeboldus supremum diem obiit, ad annum 890, quo Luithfridus præfuisse legitur, abbatiam in beneficium tenuit? Hic denuo non convenit inter me & Martenum. Ipse pro uno duos omnino recensuit; ANTONIUM, Mabillonio ignotum & in vulgaris indicibus desideratum, atque LEUTHBERTUM. Antonium in seriem abbatum inducendi occasionem arripuit ex Caroli Crassi diplomate jamjam laudato. Legitur enim in eo ANTONIUS venerabilis Episcopus, per precatum LIUTHBERTI Moguntiacensis sedis Archiepiscopi, deprecatus Celsitudinem imperialem, pro quibusdam fratribus sibi commissis ex Monasterio, quod vocatur Stabulaus. Mihi non hæc ea visa sunt, ut statuerem ANTONIUM fuisse Abbatem Stabulensem. Nam non nuncupatur Abbas: unum hoc dicitur, commissos fuisse illi aliquos Monachos ex Monasterio Stabulaus. Jam vero si Præpositus aut Decanus fuit, erat istud ex vero dictum. Ita quoque Catalogographi Stabulenses & Malmundarienses, quibus hoc diploma perspectum fuit, illud acceperunt: nullus ex illis Antonio in Abbatum serie locum dedit. Atqui hac causa sum suspicatus, legendum esse venerabilis præpositus, ubi Martenus edidit Venerabilis Episcopus. Insolens non est, ut sive Lectores sive Scribæ alterum pro altero scribant aut legant. Est nunc penes me antiquus MS. codex in quo varia anecdota instrumenta. Uni ex his pag. 110, quod Anno secundus Coloniensis Archiepiscopus Dominicæ incarnationis anno 1074. concessit, subscribunt Siffridus Epus de Trajecto, Megenardus Epus Paderbornensis, HERMANNUS EPUS MAJORIS ECCLESIAE COLONIENSIS, Gerardus Decanus ejusdem Ecclesiae. Hic nemo non videt, Hermannum rescribentis vitio Episcopum nuncupari, ubi præpositus nuncupandus erat. Sexcenta vii diplomata partim autographa partim apographa, in quibus Hermannus hic Præpositus cum ante tum post hoc tempus appellatur. In archivio Cæsaris Insulæ duo asservantur apographa alicujus diplomatis, dati VI. Id. Junii, anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXXVIII. Ind. III. anno Arnolfi glorioissimi Regis I. Actum Francone vult. In horum Apographorum altero Arnulfus munificus est in Monasterium

*ſerium, quod constructum est in honore S. Petri Principis Apostolorum, neconon & S. Suberti confessoris Christi, in loco, qui dicitur Werd, una cum VENERABILI PRÆPOSITO ejusdem loci & fratribus ibidem Deo famulantibus & cum cellulis, cetera. In altero apographo pro VENERABILI PRÆPOSITO legitur VENERABILIS EPISCOPUS, quod argumento est, alterum pro altero describentium incuria scriptum tuſile. Idem peccatum est ab eo, qui Caroli Crassi diploma rescripsit; præpositum in Episcopum convertit. Istud ut magis constaret, catalogos citavi, in quibus Leuthbertus aut Luitbertus ab anno 880 ad an. 889 Abbas fuisse legitur. Itaque anno 882 Antonius non fuit Abbas. Erant tamen illi commissi aliqui Monachi ex Monasterio quod vocatur Stabulaus, erant itaque illi tanquam præposito aut Decano commissi.*

Quare autem per *Luitbertum* aut *Leuthbertum* Moguntiacensem Archiepiscopum Imperatorem convenit *Antonius*: erant alii in vicinia Episcopi, ad quos facilior fuerat aditus. Quare *Luitbertus Antonii* & Monachorum illi commissorum causam agendam suscepit & egit feliciter? An forte Abbatiam Malmundario-Stabulensem beneficii titulo tenuit? Erat certe hoc tempore in ea Abbas *Moguntiæ beneficiarius*; erat illi idem atque *Moguntiacensi* antistiti nomen; obitus ejus in eundem, atque *Moguntini* Archiepiscopi annum incidit. Ad hæc cum diligentius attenderem, nihil dubitavi, quin idem *Luitbertus* & *Moguntiæ Archiepiscopus* & in nostris Monasteriis Abbas fuerit. Intelligo quidem, me conjecturam proferre, sed eam, quæ prope a certitudine historica absit. Non commisi, ut non monerem, catalogographos, quam multos ejusdem quoque sententiae esse. Nominabo nunc eos, quod in Disceptationibus facere supersedi. *Luitbertum* nostrum itaque fuisse Archiepiscopum scribunt *Franciscus Laurentii*, Catalogus apud *Buccelinum*, Historia brevis Abbatum Stabulensem & *Dionysius Sammarthanus* in *Gallia Christiana*. Ad hæc quid reponat in *Vindiciis Martenus*, videndum est.

*Luitberti Abbatis Stabulensis sedem Moguntinam non prætermisſet Albericus* Huius sententia Alberici silentium nihil obſerſt. *Si nota ei fuisset. Igitur ei ignota fuit. An id mirum in scriptore, qui quadrin-* gentos post *Luitbertum* annos scribebat? *An mirum in scriptore his in rebus tam parum accurrato, ut ipse Adversarius fateatur, eum Leuthbertum ad annum 921. collocassem, cum collocandus fuerit ante annum 890?* Multa Alberico, multa Scriptoribus Moguntiacensibus, quorum silentium a se laudat, ignota fuerunt; multa aliis. Adversarius profitetur, se hac causa de Abbatibus Stabulensis scribere, ut aliqua minus nota aut ignota proferat: an igitur illi soli fas erit ignotis & anecdotic rem publicam literariam beare? Constat itaque sibi quod in Disceptationibus meis contenderam, Imo *Antonium* non fuisse Abbatem Stabulensem. 2do *Luitbertum* Abbatem successisse *Hildeboldo* anno 880. 3to, Fuisse cum Abbatem Beneficiarum & 4to Archiepiscopum Moguntinum. Antequam ad secutos Abbes progrediar amolienda mihi est in humana religiosi Vindicis & acerba criminatio.

Scripseram: accedit novum pondus, quod illustratores Catalogorum duo diploma-ta laudent, ab hoc *Luitberto* apud Imperatorem pro Abbatia nostra impetrata, alterum anni 881, alterum anni 882: atque insinuant, manifestum esse *Luitbertum* Abbatem fuisse Archiepiscopum Moguntinum. Cum rescripſet hæc mea & proxime sequentia verba Adversarius pag. 31, moderatione religiosa subdit: *Quo plus progredior, eo magis demiror hominis audaciam.* Proferat mihi illustratores illos catalogorum, qui duo laudent diplomata. —— *Unius duntaxat anni 882. meminit Franciscus Laurentii, qui illud imperite tribuit Carolo Calvo.* Alterum anni 881. nec ipse, nec quisquam alius laudavit. Igitur ut meam desinat mirari audaciam vir moderatissimus, quod postulat, profero: *Carolus Crassus Imp. an. Imp. 1.*

salutis 881. contulit curtes duas, in Condon videlicet unam & alteram in Mairla cum edificiis. En diploma anni 881. Idem Imperator anno sequenti 882. contulit fisum Blandoinum in pago Levensi cum capella & pertinentiis ejus; mansos videlicet sediles 32 & serviles 12. En diploma anni 882. A quo autem hæc scripta putamus? A Francisco Laurentii in *Registro*, in quo Fundatores & Benefactores nostrorum Monasteriorum recenset: ab eo, inquam, scriptore, a quo simile quicquam scriptum esse, confidenter negabat Adversarius. Poteram Francisco Laurentii addere Catalogum a Gabriele Buccelino editum, in quo Catalogographus de Luithberto Archiepiscopo Moguntino & Abbe Stabulensi loquens, *Hic*, inquit, *etiam privilegia Ecclesiæ nostra e Carolo Crasso obtinuit*. Privilegia inquit; unde intelligere est, & hunc plura vidisse ab eodem Luitberto impetrata. Itaque possem nunc immoderata & acerba Marteni verba iniquas que criminaciones in Martenum retorquere: sed neque Religiosi Vindicis eruditio, neque grande senium, neque vestis professioque religiosa tantum conviciis atque maledictis pretii unquam tribuent, ut illis pugnare sustineam. Præcipitis confidentiæ eum convici; me vero ab audaciæ, cuius temere postulabar, crimine purgavi: plura non est, quod queram aut expertam. Sed plura Publico & Posteritati debo: quæ nunc exsolvenda sunt.

Hæc ego cum scriberem, adverti, Franciscum Laurentii, quem bona fide secutus fueram, in diplomate, quod ad annum 881. refert, peccatum Historicum peccasse. Hoc anno Provinciæ ad Rhenum, Mosam & Mosellam positæ necdum parebant Carolo Crasso: nihil itaque ex iis poterat Monasteriis nostris donare. Adhæc diploma, de quo Franciscus, Caroli simplicis est. Nam hujus diploma reperio, quo eadem Stabulensis donantur, quæ Franciscus a Carolo Crasso donata esse putabat. Hæc advertere non dedecuisset Martenum. Non habebit tamen in gratia, quod primus adverterim & monuerim candide. Intelliget enim abunde, meam sententiam superioribus argumentis ita confirmatam esse, ut per hunc Francisci errorem infirmari non possit. A *Luitberto* ad secutos Abbates pergimus.

*Richarius  
Abbas a  
Marteno  
omissus.*

Vind. pag.  
32.

Pag. 33.

*Everar-  
dus ab eo  
perperam  
inter Ab-  
bates re-  
cepitus.*

Excepit eum *Luitfridus comes*, de quo supra. Huic *Raginarium* sufficit Adversarius, quod ego perperam factum esse contendi: 1mo quia in caralogo MS, quo utebar, & quibusdam aliis (Martenus inepte fingit, me de omnibus id asseruisse) *Richarium* medium inter *Luithfridum* & *Raginarium* inveniebam. 2do, quia *Placentinus* & *Ægidius* eum quoque Stabulensem Abbatem dicunt. Respondet, in antiquo aliquo catalogo desiderari, *Mabillonio* ignotum fuisse; neque a *Reginone*, neque a *Fulcuino* Abbatem Stabulensem nuncupari; hæc, inquam, regerit Martenus, qui ceteroquin gloriatur, se Abbates aliquos detexisse his scriptoribus & catalogis ipsis ignotos. Mox subdit: *nullus scriptor Ægi-  
dio antiquior eum Abbatis Stabulensis nomine decoravit. . . . Quare fides sit penes  
auctorem & eum sequentes.* At *Ægidius* eadem scribebat ætate, qua *Albericus*, qui illi pro oraculo est. At *Ægidius* excusserat tabularia Malmundariensia & Stabulensia, quia *Albericus* vidit nunquam. Debebat itaque illi Martenus saltem fidei tantum habere, quantum *Alberico*. Debebat etiam hæc verba Historiæ Stabulensis attendere: *Richarius, secundum gravium quorundam Au-  
ctorum doctrinam, sed contra antiquum catalogum, MERITO HUNC ORDINEM  
OCCUPAT.*

Abbatem *Richarium* *Alberico* duce omiserat; mox, eodem præeunte, *Everardum* comitem nostris monasteriis Abbatem præfecit. Perperam item: nam ex monumentis, ab ipsomet Adversario editis, liquet manifesto, *Gislebertum* patris suo *Raginario* in Abbatia nostra successisse. Quod cum Martenus modi-

ca attentione advertere potuerit; cum fateri cogatur, Albericum in Abbatum annis designandis immane quantum peccare; miror merito cur tantum in eo ponat; miror cur ferre non possit, ut Rodericus aliqua Materno ignota proferat, cum ipse laudi sibi ducat, aliqua Mabillonio ignota eruere.

## C A P U T V.

*De VVerenfrido, Ravengero, Bertrando, S.Poppone Abbatibus  
& Petro Decano.*

**A**B Abbatis Beneficiariis ad Regulares rediens in his cum Marteno Werenfridum primum constitui Odilonem. Post hunc Werenfridum, deinde *duas* fuit Ravengerum, cuius obitum ad IV. Id. Nov. anni MVIII, collo- Abbas cavi. quod dum feci a Marteno mihi recedendum fuit. *Præf. unicus.* *ere*, inquietabat, post Werenfridum & Ravengerum Stabulensi & Malmundariensi Monasteriis Abbates duo cognomines, qui in vulgaris desiderantur indicibus, We- *Præf. coll.* *renfridus II & Ravengerus II.* quorum primum Gregorius Papa V. alterum Sylvester Ampl. n. II. sub sua protectione suscepserunt singulari diplome. Neque nunc sententiam mutat, sed acerbius in me insurgit, qui hoc peccatum peccarim, ut eam in Disceptationibus meis oppugnare non dubitarim. *Quid ad hec, inquit, Rode-* Vind. pag. *ricus, qui in suo egregio scriptore Francisco Laurentii unicum Werenfridum unicu-* que legit Ravengerum. *Nefas credidit contra tantum oraculum mutire. Spuriam itaque incunct anter pronunciata Gregorii V. Bullam.* Ad hæc Rodericus reposuit, *Nam uniu-* atque iterato reponit, se non solum in Francisco Laurentii, sed etiam, quod ipse cum no- fatetur Adversarius, in vulgaris indicibus *unicum Werenfridum unicumque Ra-* runt cata- *vengerum invenerisse.* Jam vero contra catalogorum unanimem consensum mu- logi.

tire, nefas non credidit quidem, sed antequam ab iis recederet, arbitratus est, prudentis scriptoris esse, fontem illum examinare, unde novi hi duo Abbates in lucis auras evocantur. Nam catalogorum omnium consensus non modicam suspicionem chartæ alicui adspexit, quæ illis adversatur. Itaque Gregorianam Bullam, novorum horum Præsulum parentem, expendi, iisque stigmatis in- uistam ostendi, quæ a probo & genuino partu abesse oportet. Ea non esse a Marteno inducta, nunc ostendendum est.

*Et Grego-*  
Orditur ab *Invocatione S. & individua Trinitatis.* Ego observavi, *invocati-* *rii V.bulla*  
*onem* summis Pontificibus ignotam fuisse. Martenus opponit ex Mabillonio *unde era-*  
tres bullas ab *Invocatione* exorsas. Noveramus illas; sed noveramus etiam ab eo- *ebatur, est*  
dem Artis diplomaticæ delineatore queri, *an forte tribus predictis adjecta est ab* *spuria.*  
*exscriptore INVOCATIO?* Ex qua dubitatione est manifestum, illi perinde ac De te Dip.  
nobis probabile videri, *Invocationem* nunquam reperiri in bulla aliqua certo l. I. c. 2.  
genuina & sincera; in bulla neque spuria neque interpolata. Magistri mentem n. 2.  
dissimulare non debebat Martenus. Sed, inquit, *plura alia hujusmodi Pontifi-*  
*cia diplomata proferre facile possemus.* Omnino possent plura proferri eaque certo Thes. t. I  
spuria aut corrupta. Possent proferri ex Pezio & Hundio Leonum III. & IX. p. iij. pag.  
Bullæ: ex cap. VI. Discept. I. Fulensis Zachariana atque aliunde aliae innummeræ. 3. Metrop.  
Sed nullum Pontificium diploma protulit aut proferet unquam, ab invocatione t. I.  
exorsum, quod certo genuinum & sincerum sit. Constat itaque sua primæ nostræ  
observationi firmitas.

Ab exordio bullæ ad subscriptonem transiens, plures in ea falsi notas detexi. Profitetur quidem Adversarius, se illas elevaturum; sed non profitetur optima perte spon-  
fide: alias enim præterit, alias intorquet, nullam elevat aut convellit. Ad- positionis  
verte- indicia.

Discept. verteram i<sup>m</sup>o Joannem Notarium vocandum fuisse Episcopum, quemadmo-  
dum aliis in bullis semper nuncupatur. 2do Cum bulla h<sup>a</sup>c ab eo scripta dica-  
tur, ponendum fuisse, ex illius <sup>æ</sup>tatis more, a quo data esset. 3to Deesse  
Imperatoris aut Papæ Gregorii annos. 4to. Atramentarii nomen officium-  
que, quod in subscriptione legitur, haec tenus bonis omnibus ignotum fuisse.  
Animadversiones h<sup>a</sup>e, unam in summam collectæ, magni ponderis sunt. Quis  
enim credit, tot errores in genuina aliqua bulla cumulari posse? Attamen  
dissimulavit eas Martenus, quare valent etiamnum & Gregorii V. Bullam,  
haud paulo quam antea confidentius pergunt falsi postulare. Ceterum respon-  
dit ad alia duo argumenta, ad quæ arbitrabatur, faciliorem fore responsionem.  
Vind. pag. Ea si elusisset, parum proficeret, stant enim reliqua inconvulsa. Sed si ne ea  
35. quidem elisit, indubitate manet bullæ falsitas.

*Data dicitur mense Junio die II. id ego dixi, atque nunc iterato dico, esse  
suspicionis plenissimum, quia Papæ diem mensis designaturi uterentur Nonis,  
Idibus & Kalendis. Ut argumenti vim eludat, intelligit enim clidi non posse,  
verba mea in alienum sensum detorquet, ajens: Quod autem addit Rodericus,  
Nonas, Idus & Calendas in summorum Pontificum Bullis semper adhiberi non omnino  
constat, cum plures passim occurrant, in quibus solus indicatur mensis, nulla facta  
iduum, Nonarum & Calendarum mentione. Hic, inquam, verbis meis vim in-  
fert. Non dixi Pontifices semper nonas, idus aut cal. in Bullis suis usurpare;  
sciebam enim quandoque solum mensem indicari die non designato. Id ego  
dixi, cum designare volunt diem, eos in eo designando nonas, idus aut calen-  
das adhibere. Oppositum exemplis adductis evincere debuerat Adversa-  
rius: nec evincit nec evincere potuit: ne tamen non respondisse videretur,  
verba mea alienum in significatum inflexit. Verum aliud est confutare, aliud  
inflectere. Illud qui præstat, vincit; qui hoc, is Adversario victoriam parat.*

Discept. I. Observaram etiam annos Incarnationis in Bulla Gregoriana adhiberi,  
Cap. 2. tametsi constaret neminem Pontificem ante Leonem nonum hac epocha usum esse. Qua  
ego in re Mabillonum ducem sequebar. Immo, quod Adversarius dissimula-  
vit, ostenderam dubium esse, an ea usus sit Leo nonus. Negat nunc id con-  
stare atque unam omnino Bullam Johannis duodecimi a se laudat, in qua an-  
nus Incarnationis legitur. Unam, inquam, egregium in causa desperata præ-  
sidium! Attamen non nego, potuisse proferti plures easque certo spuriæ aut  
corruptas. Scilicet quia sextantæ summorum Pontificum genuinæ bullæ an-  
te Leonem nonum superant, in quibus annus Incarnationis non occurrit, in-  
de usus stylusque curiæ innotescit ita, ut falsi aut corruptionis arguantur  
quæcumque alia facie producuntur. Et vero Mabillonio cum de re Diploma-  
tica scribere instituit, quid propositum fuit? Ut regulas daret, quibus spuria  
instrumenta a dubiis secernerentur. Ex autem in eo potissimum consistunt,  
ut veterum instrumentorum stylo, formulis initialibus, notis chronicis, sub-  
scriptionibus, charætere, apicibus, ceteris, prout singulis seculis in usu  
erant, cognitis, quidquid alia facie alioque habitu incedit, alias ævi esse indu-  
bitanter statuatur. Cumulavi quoque Discept. II. nonnulla alia, quibus  
hujus bullæ suppositionem certius evincerem. Ea cum a Marteno codem, quo  
superiora, successu elevata sint, hic repetere non attinet; neque, quod pos-  
sem, opus est, rem demonstratam pluribus demonstrare.

Bertran- *Ravengerum*, quem jam unicum fuisse videmus, quia Gregoriana Bulla,  
dus anno unde secundus petebatur, supposititia est, exceptit Bertrandus, de cuius initio  
1008. fit nova exorta est controversia. Martenus cum anno 1005. composuit; ego ad  
Abbas non autem an- annum 1008. post quartum Idus Oct. retuli referoque; qua die *Ravengerum*  
no 1005. fatis

fatis functum statui. Ita legi in catalogis & indicibus vulgatis , quos sequitur Mabillonius. Contra Martenus ne unum quidem scriptorem novit , quo ostendat, Bertrandum circiter annum 1005. aut etiam anno 1006. Abbatem famum. Prudenter itaque ego, quippe qui auctores meæ sententie habeam; ille temere, qui sua habcat nullum. At, inquit , si opponere audeam diplomam Heriberti Coloniensis Archiepiscopi anno MVII. Bertrando Abbatii concessum. Si opponit, reponam ex eo, quod mense Novemb. anni 1007. Abbas fuerit , nequam sequi, quod jam fuerit anno 1005: frustra igitur pro sua illud opponet sententia : frusta etiam opponet adversus meam : nam cum datum dicatur ab Heriberto apud Malmundarium IV. nonas Nov. anni MVII, ego vero ostendrim, Heribertum Francofurtensi synodo hoc tempore interfuisse , inde consequitur notas diplomaticas corruptas esse , proindeque non posse illud adversus me adhiberi.

Fuisse autem S. Heribertum ineunte mense Novembri anni 1007. Francofurti, demonstrabam ex Synodo Francofurtensi hoc tempore celebrata, cui interfuit & subscripsit. Martenus, hac mea observatione monitus, fatetur, difficultatem non esse levem, esique omnino mendum in notis chronicis Synodi Francofurtensis aut Heribertini diplomaticis; non in anno sed in mense ; in Francofurtensi longe probabilius quam in Heribertino. Et infra : pro calendis Novembris , inquit, in Actis Synodi videtur legendum calendis Septembris. Eruditorum hac super re ut sit judicium rationes utrimque proponamus : Martenianas primo loco.

Cum de erigendo Bambergæ Episcopatu deliberasset S. Henricus , Germaniae Episcopos apud Francofurtum convocavit anno MVII. mense Junio, ibique re in Concilio agitata atque explorata cujusque Episcopi sententia, ubi certior factus est de omnium di Francofurensis consensu, tum voti sui compos, duos e suis capellaniis Romanum cum Episcopo Wircebur- furentiensi direxit , qui eodem mense impetratas a summo Pontifice Joanne literas retule- docent. runt, quas eodem in concilio pius Imperator confirmari curavit calendis Novembris. Hac Martenius videtur non cohædere. Qua nimis ratione, qui novi episcopatus desiderio totus ardens , aliud nihil tum agitare videbatur , adeo ut impetrato Episcoporum consensu, Romam continuo nulla interposita mora miserit , ac literas de erectione Episcopatus Babebergensis eodem statim mense impetraverit a summo Pontifice , qua, inquam , ratione totos quatuor menses ante elabi permiserit, quam accederet Episcoporum auctoritas & confirmatio, ipsis interim otio torpentibus & aggregibus suis absentibus. Nec enim a congregata mense Junio Synodo dimissi fuerant, ut constat ex his concilii verbis : „Quod videlicet privilegium, Johannis scilicet Papæ, venerabiles fratres in supradicto Franchfurt habito generali Concilio consistentes , summa veneratione legendi suscipientes & Apostolicæ auctoritati obedientes devotis mentibus subscribendo unanimiter laudaverunt communiterque corroboraverunt „ Nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia , ut ait S. Ambrosius, nec facile tam ardens atque omnis moræ impatiens regis desiderium cum quatuor mensium cunctatione potest conciliari. Itaque pro Calendis Novembris videtur legendum Calendis Septembris, qua facta emendatione manet integrum & illibatum S. Heriberti diploma pro Stabulensi monasterio. Haec tenus eruditus Vindex. Cujus si rationes solidæ sunt, omnino pro calendis Novembris , reponendum est Calendis Julii. Cum enim nesciat tarda molimina Spiritus S. gratia, non facile tam ardens omnisque moræ impatiens Regis desiderium cum duorum mensium cunctatione potest conciliari. Sed non sunt solidæ Marteni rationes , falsis enim innituntur fundamentis

I. Episcopus Wirceburgensis non est Romanus missus, sed, ut Vita Henrici

Præf. coll.  
ampli. n.

24

Discept.

pag. 41.

Annal. ad

an. 980.

n. 107.

Vind. pag.

35.

Ex Heri-

berti di-

plomate

Bertran-

do conces-

so non pro-

batur

fuisse cum

an. 1007.

Abbatem

N. notas

eius chro-

nicas cor-

raptas esse

acta Syno-

calendis Novembris.

Hac Mar-

tenuis er-

videtur non cohædere.

Qua nimis ratione,

qui novi episcopatus desiderio totus roris po-

ardens , aliud nihil tum agitare videbatur , adeo ut impetrato Episcoporum consensu, stulat per-

peram.

atque Concilii Acta disertis verbis asserunt, Henricus Rex *duos ex suis capellaniis, Albericum & Ludovicum, adjunctis Wirceburgensis Episcopi literis, Romam usque direxit.*

II. Synodus illa Francofurtensis mense Junio anni 1007, secundum Martenum, celebrata, chimerica est atque ab eo, quod pace Viri religiosi dixerim, parum candide conficta. De ea enim neque in Actis concilii neque in Vita Henrici verbum. Unum hoc ex iis discimus, Henricum regni sui anno sexto Pentecosten, quæ in 7. Junii incidebat, Moguntiæ celebrasse atque inita ibidem cum Episcopo Wirceburgensi conventione legatos supra laudatos Roman misisse. Cum itaque non fuerit congregata Francofurti Synodus mense Junio, non est, quod Martenus miretur, continuatam fuisse ad Cal. Novembri. Quod initio caret, caret idem continuatione.

III. Non magis ex vero scribitur, summi Pontificis literas mense Junio Imperatori redditas. Datas esse hoc mense, ex subscriptione scimus; quando autem relatæ fuerint, nemo scribit. Est tamen istud certum, non potuisse eodem mense referri, nisi singimus, Henrici Capellanos Bellerophontis equo vectos aut Mercurii alis instructos fuisse.

IV. Si daremus fuisse Francofurti mense Junio coactam Synodus, continuatam esse ad Calendas Novembri, ex verbis Synodi Martenus non efficiet. Vox enim *consistere*, in qua vim ponere videtur, classica est in materie conciliorum idemque significat ac *congregatos esse*. Ceterum quæ Martenus ex veteribus editionibus adduxit, longe emendatius apud Harduinum rescripta sunt: *Quod videlicet privilegium venerabiles patres in supradicta Synodo, Francofurth habita, generali concilio consistentes, cetera.* Itaque cum ea quibus notæ Synodi chronicæ impugnabantur falsa & nulla sint, stant illæ haec tenus firmo talo involvæ. Eas nunc ab auctoris oscitantia impugnare conatur Adversarius, ratus si eum alicubi erroris convicerit, de ejus accusatione aliis in rebus subdubitari posse. quæ disputandi ratio eruditis parum probabitur. Sed tamen ostendum, auctorem rectissime scripsisse, ubi oscitantæ postulatur.

*Actorum etiam auctorem oscitantie postulant.* Levior, inquit, fortasse videbitur ejusdem auctoris oscitantia, dum ait Henricum festum Pentecostes Moguntiæ celebrasse eodem anno, Regni vero sui VI. necdum enim hac die elapsus creditur promotionis ejus annus quintus. Quippe sacra unctione a Willigiso Archiepiscopo Moguntino tertio idus Junii, hoc est die undecima delibutus erat, ut scribit Baronius, electus vero in Regem die 7. teste Ditmaro Merseburgensi Episcopo. Anno vero MVII. festum Pentecostes in diem Junii VII. incidebat necdum incepto regni ejus anno VI. Hæc ego, quod mihi nonnunquam modeste insuffrarrat, si ab Adversario dicam eruditio ostentandæ gratia scripta esse, injuriā Viro religioso faciam; nihil enim eruditum minus; nihil magis vero oppositum. Dithmarus non scribit, Henricum electum esse die *septima Junii*, sed *VIII. idus*, id est die sexta hujus mensis. Idem scribit Aldeboldus Episcopus Traiectensis, scriptor coævus, in Vita Henrici his verbis: *VIII. idus Junii in Regem Moguntiæ eligitur, acclamat, benedicitur & coronatur.* Quando itaque festum Pentecostes anno MVII. in diem Junii septimam incidebat, non oscitanter, sed accuratissime ab auctore Auctorum scriptum est, cum *sexto regni sui anno* hoc festum Moguntiæ celebrasse. Annus enim regni sextus, jam pridie ipsius festi initium sumpserat.

*Autorum nota chrono-* Ex auctoris oscitantia notas chronicas Concilii in dubium vocare voluerat Adversarius: jam vero cum non oscitantem, sed accuratissimum fuisse pateat, nica pro- merito ex ejus accusatione nihil erroris iis subesse arguimus. Neque ad Aucto- pugnantur rum apographa facilis fuit errori aditus, fuerunt enim plurima. Ad hæc Vita

Hen-

Henrici Imperatoris etiam perinde ac Acta mensē Novembrem concilio  
Francofurtensi , cui Henricus ipse interfuit , assignant. Denique fidem eis  
ac pondus addit Henrici diploma, quod Ludevigi Script. Bamberg. tom. I.  
pag. 1112. repräsentat. Datum est Calend. Novembr. ind. V. anno vero Do-  
mini Henrici II. Regis VI. actum Franckenfurth feliciter. amen. Ex hac enim  
charta liquet, Henricum eo ipso die Francofurti fuisse, quem Acta Synodi sig-  
nant. Quare cum hinc, cum ex superioribus, tum ex vanitate & inceptia ra-  
tionum ab Adversario oppositarum , certum est, notas Synodi chronicas recte  
habere & Heribertum Archiepiscopum Calendis Novembbris anni MVII.  
Francofurti fuisse, & quod inde consequens est , errorem esse in subscriptione  
Heriberti diplomaticis, reponendumque esse pro anno MVII, quem in Mar-  
teniana editione legimus, annum MXII. aut similem; certe annum aliquem  
millesimo octavo posteriorem ; hoc enim mortuum legimus , Ravengerum,  
quem Bertrandus, cui Heriberti diploma inscriptum est, exceptit.

Egregium hic dedi exemplum accurationis Martenianæ : Martenianæ bonæ  
fidei egregium item exemplum hæc eadem materies sufficit. Postquam supe-  
riora de Synodo Francofurtensi disputasset, prosequitur : Sed hec tanti non sunt, Vind. p.  
quam ut iis diutius immoremur. Unum duntaxat observabo, malam scilicet Roderici 37.  
fidem, qui, ut aliquid carpendum habeat, hoc idem diploma falsi insimulat , quo  
superius tanquam sincero & genuino usus est, ad probandam S. Heriberti Coloniensis  
Archiepiscopi jurisdictionem in Malmundarienses. Malam Roderici fidem obser-  
vat Vir candidissimus ! Malam meam fidem ! hæcne scribi a Presbytero & Monacho  
Benedictino e congregatōne S. Mauri ! Quid enim ? Ego Heriberti diploma nec  
falsi insimulo nec falsi insimulavi. quod ex tota hac disputatione liquet. Unum  
hoc contendi atque evici, subesse in notis illius chronicis errorem. An vero  
id est diploma falsi insimulare ? Hoc qui dicit & lectori persuadere conatur,  
næ ille, non mala, est istud leve nimis, sed pessima fide scribit. Invito mihi ex-  
torquet Martenus, quæ cum ejus canos, vigilias, vestemque religiosam confi-  
dero, in eum jaci non deberent. Sed inculpata tutela a jure naturæ est.

Bertrandus Abbas obiit anno 1020. succedit S. Popo , de cuius emortuali  
die Rodericus, Marteni judicio, plura subjunxit, non tam ad eum reprehendendum,  
quam ad eruditōnem ostendandam. Ita nunquam istud mihi fortuna dabit , ut  
scribam, aliqua, quæ Marteno probentur. Cum eum non reprehendo, osten-  
tationis causa scribo : quidquid egero, scripsero, habebit semper, quod in me  
reprehendant. Sed qui veritatis studio agitur , his latratibus ab ea inquirenda  
nunquam avocabitur. Quare quid ego de Poppone scripserim, quid ille viden-  
dum. Scripsit aliquot antiquorum fide anno 1048. mortuum ; ego contra  
antiqua monumenta aliqua protuli, quæ mortem ejus ad annum 1049. revo-  
cant. Advertit nunc, posse hec nullo negotio conciliari , cum una sit utrorumque sen-  
tentia. Nam, inquit, qui annum a Paschate incipiunt, hi Popponem anno 1048. Vind.  
mortuum adstruunt, qui vero a Calendis Januarii, anno 1049. Ita est , iis tem-  
poribus, his in oris alii a Vigilia Paschatis cereo conservato , ut antiquus MS co-  
dex, qui penes me est, loquitur, annum ordiebantur ; alii a Calendis Januarii.  
Hagiographus S. Annonis scribit, Herimannum Archiepiscopum Colonien-  
sem anno 1055. obiisse; Scriptor de gestis Ezzonis & Methildis, eundem anno  
1056. obiisse scribit. Ille a Vigilia Paschatis, hic a Calendis Januarii annum  
orditur. Titulus sub capite S. Heriberti, ejus in sepulchro inventus laminæq;  
plumbæ incitus, anno 1021. 17. Kal. Aprilis obiisse testatur. Alii antiqui  
anno 1022. Recte utrimque cum temporum rationes a diversis cardinibus  
ducant. Attamen hac ætate , qua ubique , Datariam Romanam excipio,

unde li-  
quet notas  
chronicas  
Chartæ  
Heribert.  
cubare in  
mendo.

Marteni  
bona fides.

S. Popo  
quo sit  
mortuus  
anno in-  
quiritur

Vind.  
pag. 37.

annus initium sumit a Cal. Januarii, non est committendum, ut a Paschatis vigilia ordiamur. Quare Martenus cum scribit, me eum hoc loco reprehendere noluisse, ita scribit, ne videatur reprehensione dignus fuisse: nam fuit quam maxime. Si enim, quod nunc fatetur, ii, qui annum a Calendis Januarii ducent, Popponis mortem recte ad annum 1049. revocant, *reprehendendus* ipse fuit, qui ad annum 1048. revocarit; nam annum a Cal. Januarii orditur. Ceterum peccat nunc aliud peccatum, cum ait, auctores, super emortuali S. Popponis anno dissentientes, ea, quam suggessit, arte conciliari posse. Nam in pluribus, quam in computandi ratione inter se dissentunt. Everhelmus, qui aderat, scribit Wazonem Leodiensem Episcopum S. Popponis exequiis interfuisse. Scribit autem præter alios Hermannus Contractus Wazonem anno 1048. diem obiisse. Obbertus Abbas S. Jacobi Sacramentum Extremæ Unctionis Wazoni præbuit atque septimo ab hujus obitu die mortuus est. Est autem mortuum anno 1048. ex Sigiberto, Lamberto Parvo & Scriptoribus Leodiensibus constat. Ne huic difficultati quicquam desit, istud diligenter advertendum, obiisse Wazonem idibus Julii secundum Anselmum, Ægidium & Necrologium Leodiense. Quare omnino certum est, ejus mortem ad annum 1048. referendam esse, sive annum a Paschate ordiamur sive a Calendis Januarii. Ex his autem consequitur, esse erroris plenissimam Marteni sententiam, qui arbitretur diversas super emortuali die S. Popponis sententias conciliari posse. Neque enim ullo modo possunt: alterutra omnino falsa est. Quæ autem? Lamina plumbea sub capite S. Popponis, cum elevaretur, inventa mortuum testatur anno 1049. Hac causa in hunc annum olim propendebam. Subinde plumbeum discum sub S. Richezæ capite in Ecclesia B. M. ad gradus Coloniæ positum inspxi, in quo optima Regina mortua legitur anno Dominicæ incarnationis LVII. Jam vero cum constet mihi cum ex Scriptore de Fundatoribus Brunvillerensibus, tum ex monumentis antiquis ejusdem Collegiatæ, eam mortuam esse anno 1063. a Calendis Januarii incepto, inde didici, laminis & discis plumbeis hujus generis non esse semper fidendum. Tituli hujusmodi aliquando multo post eorum de quibus agunt mortem, ab hominibus historiæ ignaris, ex Sancti elevatione aut translatione naæta occasione conficiuntur. Quod item S. Popponi evenire potuit, et si eum ante annum 1026 elevatum fuisse nullo auctore docere possum. Quare eam nunc ego, quam Martenus, meis rationibus vietus, abjecit sententiam, omnino amplector statuoque, Popponem mortuum anno 1047. si a vigilia Paschatis inchoetur, si a Cal. Jan. anno 1048. His lectis quid statuturus sit non admodum labore: mallem ego scire, de Popponis successore quid nunc sentiat. Olim Petrum illi sufficiebat, qui tamen in vulgatis indicibus desideratur. Gesta etiam Abbatum Stabulensium apud Chapeavillum tom. II. Petrum ignorant, ita enim scribunt: THEODERICUS ad preces Popponis Abbatis Imperatori directas, Poppone eodem tunc temporis lecto decubente, constituitur a præfato Imperatore in Abbatem Stabulensem. Disceptatione prima alia quam plura cumulavi, ut ostenderem, Petrum hunc, quem Martenus Abbatem facit, fuisse solummodo Decanum, Popponi autem successisse Theodericum. Super his altum filet? neque vero aliud postulabo affensus indicium. Quod si ubique siluisset, ubi silentium veritas imperabat, nunquam prodiisset virulentæ illæ Vindiciae, quibus dum me in invidiam trahere conatus est, se posteris explodendum & contempnendum dedit.

*Popponis  
Successor  
Theodericus.*

*Pref. col.  
ampl:  
num. 32.*

*pag. 44.*

## P A R S II.

*De Stabulensis & Malmundariensis Monasteriorum Abbatibus-Episcopis,  
Immitate, dignitate Principali, & Abbatum Benedictione.*



Indicarum suarum Partem primam Adversarius inscribit Refutationem prime Disceptationis Roderici, qua negat, primos Abbates fuisse Episcopos. Ita est, hoc ego negavi Disceptione prima: sed negavi affirmavique ibidem alia quamplurima, quæ a me recte negata aut affirmata esse, est nunc ostensum. Quare non est satis fidelis Martenianus titulus. Quod eadem pagina sequitur, est multo minus. Ut ostenderem, primos Abbates non fuisse Marteniano significatu Episcopos, contendam, non fuisse eam Monasteriorum Stabulensis & Malmundariensis immunitatem, per quam possent peculiarem Diaconin constituere, aut ut alibi scribebam, peculiarem Episcopum ferre. Hæc verba mea rescribens Martenus addit, me inane hoc, simulacrum totis quadraginta & sex paginis impugnare. Paginarum quibus Disceptatio prima constat, numerum inivi: sunt cum Procemio solummodo quadraginta quatuor: harum cum plusquam dimidia pars aliis rebus tribuatur, mirari subit, quare Martenus tantopere laboret, ut lectoribus fucum faciat. Non ego is sum, qui Viri religiosi mentem scrutari velim; istud tamen video mihi affirmare posse, esse adeo veri tenacem, ut me conatusque meos facilius in invidiam contemptumque trahat. Eo etiam collimat, quod pagina sequenti legitur, nam hujusmodi floribus singulas exornat. Abbates-Episcopos Stabulenses, cum iis, qui vulgo feruntur, *Abbatibus-Episcopis S. Dionysii* aliquando composueram; miratur nunc, hos a me Episcopos appellatos, idque esse falsissimum pronunciat. Nam non ipsi Abbates, sed electi ab eis & a reliquis fratribus Monachi charactere Episcopali erant illustrati. Sed adeo excaecavit eum carpendi libido, ut nequidem adverteret, quid dicebat. Stephani III. privilegium confirmavit Adrianus Papa I. cuius Diploma edidit Jacobus Sirmonius in Conciliorum Gallie Tomo II. Observatque Mabillonius etiam ante obtentum a Stephano privilegium fuisse in Ecclesia Dionystiana Episcopum proprium, quo in numero, inquit, censendus videtur TURNOALDUS EPISCOPUS ET CUSTOS BASILICÆ S. DIONYSII, in Chilperici Regis Diplomate memoratus. Alibi cum Abbates S. Dionysii Abbates-Episcopos nuncupasse, fiderenter pronunciat: Tuam hic, Roderice, prodis inficitiam. Nam Abbates S. Dionysii non fuere Abbates-Episcopi, ut nugaris, sed unum ex suis sub se Episcopum habebant, qui munia Episcopalia ad eorum nutum obibat. Hujusmodi fuere TURNOALDUS EPISCOPUS ET CUSTOS BASILICÆ S. DIONYSII memoratus in Diplomate Chilperici Regis, cætera. Hæc qui, a Presbytero, a Monacho Benedictino, a Benedictino e Congregatione S. Mauri, a Viro inter libros senefcente scripta esse recogitat, an is sibi imperare potest, quominus Roderici inficitiam demiretur, quo minus illi irascatur, quod cum tanta sit infacia, attenuat cum Marteno congredi non dubitarit. Scio esse aliquos, quos Marteniani nominis fama splendorque ita de me sentire compellit: neque ego iis irascor: unum hoc peto, ut licet iis identidem inclamare, dolia vacua maximum sonum edere.

Illud imprimis singulare ac notatu dignissimum occurrit, primos illos Abbates (Stabuleto- Malmundarios) fuisse simul & Episcopos, id quod olim in insignioribus Ordinis nostri Monasteriis usitatum fuisse, alias observavimus, ut in Turonensi S. Martini, IN PARISIENSI S. DIONYSII. Quæ hic rescribo, mea non sunt; igitur neque primus, neque solus dixi, in Parisiensi S. Dionysii Monasterio Abbates fuisse simul & Episcopos. Id ibidem olim usitatum fuisse ab alio atque ante me observatum. Sed tamen a quo? cujus sunt ea, quæ rescripsi, verba? Marteni sunt; sunt ipsissimi Marteni; sunt ejus, qui meam inscritiam miratur, quod *nugatus fuerim in Parisiensi S. Dionysii Monasterio Abbates fuisse simul & Episcopos.* sunt ejus, qui id a me scriptum dixit, quia *carpendi libidine excoecatus fuerim.* Ita enim sentiebat Martenus anno 1724. in Praefatione ad Tomum II. Coll. Ampl. num. 6. ita ante senserat in Praefatione tom. I. Anecd. idem ille, qui me *inscritiae* postulat, quod scripserim, quod ipse scripserat & senserat. At nunc forte sententiam mutavit agnoscitque, se olim ex *inscritia* ita sensisse. Si sententiam suam mutavit, *inscritiae* supinæque ignorantiae arguendus est, qui eam mutarit. Si non mutavit, *carpendi libidine excoecatus* in me, qui idem atque ipse scripserim, invenitur. Est hoc planum & apertum: ad illud quod attinet, omnino *inscritiae* postulandus est, si Abbates in S. Dionysii Monasterio statuit, non fuisse simul & Episcopos. Ut quod fidenter affero, pateat idem verum esse, periculum in Turnoaldo faciamus: hunc recusare non potest; quia primo loco collocavit inter eos, qui *Episcopi* ad S. Dionysium fuerint, non autem Abbates. Ut autem sciamus, quid hominis fuerit Turnoaldus, unus nobis consulendus est Marteni Magister, Magnus Mabilionius: ita scribit Sexto de Re Dipl. pag. 628. edit sec. TURNOALDUS ex Episcopo Parisiensi Monachus, DEINDE ABBAS FUIT DIONYSIANUS. Episcopus laudatur sub Chlodoveo III. in charta XIX. & sub Childeberto iidem tertio in chartis XXIII. & XXIV. ABBAS vero in diplomate Chilperici apud Dubletum pag. 689. dato prid. Kal. Martias Compendio, anno secundo regni ejus. Chilpericus enim agens de S. Dionysii cœnobio ubi, ait, DOMNUS TURNOALDUS EPISCOPUS CUSTOS PRÆSES VIDETUR. Itaque Adversarius sese *inscritiae* reum fecit, qui ignorat, quid Magister Mabilionius de Turnoaldo scripserit. Neque a *carpendi libidine* absolvi potest; nisi enim ab ea *excoecatus* ferebatur; qui fieri poterat, ut ignoraret vocem hanc *CUSTOS*, quam ipse bis rescripsit, antiquis idem sonare ac ABBAS? Ex pluribus unum exemplum rescribo, unde id doceatur. In Remensi S. Remigii Monasterio superat antiquum Pontificale, in quo inter alia in Abbatis consecratione sequentia leguntur: Tunc imponat ei manum dicens: respice quæsumus super hunc famulum tuum, quem in tui nominis vice CUSTODEM MONACHORUM ordinamus. Et postea: Omnipotens & piissime ac misericordissime Domine Deus, Deus noster, Majestatem tuam suppliciter exoramus & petimus, super hunc famulum tuum N. qui ex providentia dispositionis tuae ad regimen animarum hodie RECTOR & PASTOR assumitur & eligitur &c. Sequenti oratione ad GUBERNACULUM ovium tuarum statuitur. Et in traditione regulæ: Accepte regulam a S. Patribus nobis traditam ad regendum & CUSTODIENDUM gregem tibi a Deo creditum. Eadem verba leguntur in Pontificali Ecclesiæ Appainiensis in Syria. Unde nulla omnino potest ratione excusari Martenus, qui ignorat, vocem *CUSTOS*, idem significare ac *ABBAS*, *RECTOR*, *PASTOR*: idem esse *CUSTODIRE AC REGERE*, *GUBERNARE*, *ABBATEM ESSE*. Quanquam suspicetur forte quis, eum hæc scivisse & prævidisse, ne tamen ansa decesset mihi repugnandi, de industria cum veritate & secum pugnare voluisse.

Ceterum mirari subit, quare laborarit, quo titulo *Episcopi San-Dionysiani* a me

me insigniti fuerint. Ignorare enim non debebat, me cum *Benedictinus* non sim in his Episcopis nihil ponere, bullasque Stephani III. & Adriani Papæ I. mihi quam maxime spuriæ esse; quod pluribus capite secundo demonstrabitur. Quia enim Episcopos - Abbates Stabulenses, cum Episcopis S. Dionysii, S. Martini Turonensis, S. Michaelis ad Mosam aliisque componit, erit mihi istud agendum, ut & hos cognitos perspectosque habeamus. Si enim ostensum fuerit, Episcopos non fuisse Marteniano significatu, eo facilius hæc dignitas detrahatur Stabulensibus. Neque enim est verisimile illis concessum fuisse, quod nemini Abbatii unquam concessum fuerit. Hoc ego argumento antea usus non eram: adhibeo hunc, quia causæ huic multum lucis ad fert. Ea vero argumenta quibus usus sum, quantum opus erit repræsentabo, confirmaboque.

## C A P U T I.

*Abbates primi Stabulenses non fuerunt Abbates-Episcopi.*

**S**uerunt inter primos Abbates Ssabuleto-Malmundarienses aliqui Episcopali insignes charactere. *Remalus, Papolenus, Rabangarius, Luitbertus*, quod supra videbamus, Episcopi erant. His addiderat Martenus *Theodardum, Goduinum & Antonium*. sed ibidem vidimus quoque, *Theodardum* fuisse quidem Episcopum, non item *Episcopi* Abbatem: *Goduinum* fuisse Abbatem, non autem Episcopum: *Antonium* vero nec Abbatem nec Episcopum fuisse. Netamen Septenarius, qui haud dubie mysterii plenus est, deficeret numerus, suggesti Marteno *Agilolfum, Ebbonem & Richarium*, qui abbatialem dignitatem episcopali conjunxerunt. Quare si primorum Abbatum nomine ii venire debent, qui ab anno 650 ad annum 890 Monasteriis nostris præfuerere, verum est, fuisse in eo numero aliquos Episcopos. At, quod Martenus asserit, *primos Abbates fuisse simul & Episcopos*, istud vero falsissimum est. Nam qui *primos* dicit, dicit is secundum, tertium & quartum: horum autem nullus Episcopus fuit. Ex iis porro, qui sextum seculi sunt, nemo fere Episcopus fuit. Itaque quod primum a Marteno assertum fuerat, sponte sua protritum concidit. Quod secundo loco asseruerat, multo majori ruina concidit: id, quia in eo controversiæ cardo omnis vertitur, quale fuerit diligenter expendendum est.

Cum observabat, Abbates primos Stabuleto Malmundarios *fuisse simul & Abbates Episcopos*, obliuare volebat, SINGULARE QUID ET NOTATU DIGNISSIMUM. *Episcopi* Quod Abbas quis suo Monasterio extractus in episcopalem cathedram evectus *quid?* sit, non est istud singulare. Eorum, quibus hoc contigit, sunt in fastis Benedictinis aliquot millia. Neque est admodum singulare, quod quis Episcopus abdicato munere, in Monasterium se absconderit. Ex antiquis cœnobii vix est ullum, in quo non reperias Episcopos laborum & tumultus pertæsos orationi & meditationi intentos. Ex uno S. Martini in Insula Colonix, quia anecdota, exempla præbeo, a peryctusto Necrologio indicata. *Nonis Maii DONATUS Episcopus noster conversus. XVI. Kal. Sept. WITAKERUS Ep. noster conversus. V. Idus Novembr. MAGNOALDUS & JOHANNES Ep. & Monachi. XVIII. Kal. Jan. KYNAIDUS Ep. & Monachus noster conversus.* Et hos Episcopos in Monasteria quietis ergo confugientes subinde videas Abbatis nomine & potestate iis præfici. Alios omitto: evenisse id *Turnaldo* Parisiensi jam jam videbamus. Est multo minus notatu dignum, aliquos certæ sedis Episcopos suis in ædibus Monasteria habuisse, quibus abbatiali munere & nomine præerant. Basilius, Augustinus, Chrysostomus.

sostomos, Theodoretos, Ambrosios, Cæsarios, Hilarios, Martinos prætreo, a quibus hujus rei ad posteros exempla propagata. Ratisbonense Monasterium usque ad Ottonis secundi tempora abbatiali auctoritate regebant Episcopi Ratisbonenses. Testes sunt chartæ a P. Bern. Pezio tom. I. Theſ. novif. Part. III. editæ. Idem obtinuit Frisingæ in Monasterio a S. Corbiniano in Frisingensi arce condito, quod innumeræ apud Meichelbeckium chartæ veterum traditionum docent. Ita quoque Eichstadii initio obtinebat aliisque in locis. Scilicet Episcopi Episcopalem sedem in Canonicorum aut Monachorum monasteriis crexerant, ita ut qui Episcopali potestate gregi universo præficeretur, isdem abbatiali quoque præficeretur Canonicis aut Monachis. Neque etiam notatu dignum est, Episcopos regionarios aliquos sibi Monasteria exstruxisse, quo se quietis ergo reciperen, cum liberet, quibusque præfent ipsi: Ita sibi Elnonense condidit S. Amandus, Epternacense S. Willibrordus, Hersfeldense primo, mox Fuldense S. Bonifacius, Murbacense S. Pirmianus, Frisingense Corbinianus, Honaugienſe Benedictus, Turonense Martinus. Est autem omnium minime notatu dignum, Episcopos saeculo IX reperiri, qui insignes abbatias beneficiario jure tenuerint: ipsis comitibus & Ducibus hoc titulo passim concedebantur.

*Abbatum  
Episcopo-  
rum notio.* Istud igitur quid est, quod in Abbatibus Episcopis Stabulensibus tantopere miratur suspicit & suspici vult Martenus? scilicet, Episcopos fuisse ex Privilegio, Episcopalem eorum dignitatem Abbatiali, ut loquuntur, mytræ pedoque annexam fuisse; fuisse nostrorum Monasteriorum Episcopos proprios & peculiares. Hoc enim ibi fine constitutos, annuente vel Diocesano vel Romano antistite, ut auferretur Monachis, præsertim junioribus omnis occasio discurrendi ad suscipiendos sacros ordines, ad requirendum chrisma, neve adventu Episcoporum in Monasteria ad sacras ordinationes, ad Altarium & Ecclesiarum consecrationes explendas Monachorum quies interturbaretur. Magnum Hercle! Monasteriis nostris ornamentum Martenus hic confert, taleque tantumque tamquam paradoxum, ut dubiis fundamentis inaedificari non debeat. Quid enim? quibus Ecclesiæ Canonibus aut regulis, qua consuetudine recipitur Episcopus, cuius potestas & jurisdictio sit non in Ecclesiam Dei, aut portionem aliquam, in civitatem nempe aliquam, cuius habendi Episcopos Concilia fecerint, sed in Monasterium, in collegium triginta aut quadraginta coenobitarum? Cujus institutio sit ad ordinandum singulis Olympiadibus Monachum unum, ad consecrandum singulis saeculis altare aliquod aut Oratorium? Ad rem Christianam promovendam, fuisse saepius ordinatos Episcopos, nulli loco, nulli parochiæ addictos reperimus: mittebantur scilicet in nationes exteriores, ut Christo eas acquirerent: cumque sub eo nomine vagi quidam Episcopi per regiones discurrent, & inordinate facerent ordinationes; placuit Episcopis eorum reprehendere audaciam, horumque in synodis frequens mentio; at de Episcopis Monasteriorum ne verbum quidem reperias

Itaque cum paradoxum, insolens & præter Disciplinæ veteris normam sit: Marteni Abbates Episcopos recipere jure dubitabam, præsertim cum nullo omnino argumento utatur aut uti possit, quod viro, alii etiam rebus intento, assensum extorqueat. Hujus dignitatis concessæ a Diocesano, ut loquitur, vel Romano antistite, non Bullam, non vestigium aliquod historicum, sed ne traditionem quidem profert. Paradoxæ sententiæ in eo totum est fundamentum, quod ex primis Abbatibus aliqui Episcopi nuncupentur. Verum quid inde consequitur? Luitbertus Episcopalem dignitatem a sede Moguntina habebat, Hircarius a Leodiensi, Ebbo a Rhemensi: erantque hi tres jam harum sedium Episcopi ante-

antequam abbatiam in beneficium acciperent. *Agilolfus ex Abbatore Malmundarense antistes Colonensis est factus: inde Episcopale nomen. Non habet hic aqua Marteno; hi Antistites, inquit, de Agilolfo, Ebone & Hircario loquens, non aliam ob causam videntur Abbatia Stabulensi donati, quam quod hujus Monasterii Abbates solerent esse Episcopi.* Dignum Marteno responsum, sed viro candido indignum: ab *Agilolfo ad Ebonem* sunt anni omnino nonaginta, quo intervallo nemo Abbas Stabulensis fuit Episcopus: & tamen consuetudinem Martenus garrit; ob consuetudinem *Ebonem Rhemensem Archiepiscopum Abbatia Stabulensi donatus est.* Sed quod per nonaginta annos non obtinuit, istud non est usitatum; istud consuetudinis nomen non meretur. Quare cum *Ebo* patulo post Abbatia pulsus sit, majori jure dici posset, esse ideo pulsum, quia non solerent ibi esse Episcopi. Præstaret silere, quam tam inepit respondendo, causæ quæ defenditur vitium tam aperte prodere. Nonne *Agilolfus* Abbas erat antequam in Colonensem cathedralm collocaretur? Igitur, secundum *Martenianam dialecticam*, ideo hanc dignitatem est adeptus, quia consuetudo ferebat, ut Abbas Malmundarense esset Colonensis Episcopus. *Ebo* eadem de causa Abbatia nostra donatus est, qua donatus est Abbatia S. Columbani: scilicet, ut cathedra Rhemensis Canonice dejectus, haberet unde vitam toleraret. *Hircarius* eadem de causa Abbatiam in beneficium accepit, propter quam acceperunt *Adelardus, Hildebaldus, Luitfridus* Comites, iique sacerdotes Abbates. Verum impetrare mihi non possum, quo minus ex Marteno queram, an etiam ideo sacerdotes Abbates post *Hircarium* in Abbatiam nostram inducti sint, quia *Abbates solerent esse Comites?* An etiam istud Abbatiali pedo Stabulensi annexum fuerit, ut Abbates essent Comites aut *Duces sacerdotes?* haud enim pauciores Abbates-Comites *Duces* ibi reperio, quam Abbates-Episcopos. Sane hæc pluraque hujus furfuris absurdia, si ejus exemplo disputare volumus, nullo negotio eliciemus.

Postquam tam ingeniose respondit Adversarius, argumentum quod pari ingenio conficiat, sibi ipse opponit. *At, inquit, illi ( Agilofus, Ebo, & Hircarius ) inquires, erant Abbates commandatarii.* Esto. Erant nihilominus vere *Abbates, omnemque in monachos exercabant jurisdictionem, non secus ac illi, qui plures habent Episcopatus, unum tenent in titulum, alios in Commendam, eandem in omnes potestatem exercentes.* Quod *Agilolfum* Abbatibus *Commendatariis* accenset, in eo errat eruditus Vindex; erat enim Abbas antequam fieret Episcopuser, atque in Malmundariensi Monasterio ab *Anglino* Abbe Monasticis disciplinis institutus. De cætero argumentum nec elidit nec eludit. Inde enim, quod *Ebo, Hircarius, Luitbertus* Episcopi, *Commendatarii* fuerint Abbates, consequitur, eos Episcopale nomen ab abbatia non accepisse; eos non ideo fuisset Episcopos, quia Abbates essent; eos sine dioecesani consensu Episcopalia munia ibi exercere non potuisse. Evidenter non inferior, eos *omnem in monachos exercuisse jurisdictionem*; quam autem? Abbatiale sane; eam, inquam quam *Abbatis axioma nomenque* confert. Sed quid hæc ad institutum? Effugia posticusque quæ labatur querit Martenus: majus dedecus ratus tacere, quam male, inepite & parum ingenue respondere. Quanquam, cum recordor quam acerbè antè decennium in Malmundarienses invectus fuerit quod moderno Abbatii *Commendatario* statuerent competere jurisdictionem in iis, quæ regulam spectant & disciplinam, satis mirari non possum, unde illi venerit nunc in mentem scribere, *Abbates Commendatarios sacerduli noni vere Abbates fuisset, omnemque in monachos exercuisse jurisdictionem.* qui *omnem dicit, is nihil excipit: is statuit, eos etiam in iis, quæ regulam & disciplinam spectant, jurisdictionem exercuisse.* Magna omnino est vis *Veritatis*, quam nemo oppugnare possit, nisi secum pugnet:

sed istud perinde Adversario videtur, modo mihi repugnet. Redeamus ad institutum.

*S. Remaclus non fuit Abbas-Episcopus.*

S. Remaclum primum *Abbatem-Episcopum* dixerat : *Abbatem & Episcopum* fuisse consensimus : at negavimus fuisse Episcopum *ex privilegio*, fuisse Episcopum Stabulensis Monasterii *proprium*. ostendimus enim Episcopale axioma a sede Trajetensi accepisse. quod sufficiebat. Aliud tamen addidimus, haud multo minoris ponderis. Si, quæ eruditii Vindicis sententia est, ideo Stabuleti & Malmundarii Episcopus esset constitutus ut tanquam horum locorum Episcopus ibi *sacras ordinationes & Altarium & Ecclesiarum consecrationes expleret*, cum Leodiensi Ecclesiæ præfectus est, abbatiali dignitate retenta, idem, quod ante habebat juris, in utrumque Monasterium retinebat ; poterat itaque in utroque *Altarium & Ecclesiarum consecrationes* suo jure *explere*. Attamen cum circiter annum 656. Ecclesiam Malmundariensem consecravit, S. Cuniberti Coloniensis antistitis, cuius in Diœcesi Malmundarium est positum, consensus fuit expectandus. Ita, quod infra videbimus, testatur Anonymus Stabulensis saeculi IX. Ita ipse scripsit Martenus, quod dum fecit suo fæse gladio confecit. Est enim inde apertum, S. Remaclum non fuisse Episcopum Malmundariensem proprium. Usus sum pridem hoc argumento : ejus momentum & pondus prudenti silentio confirmavit Adversarius.

*Neque ejus Successores proximi fuerunt Episcopi.*

Remaclus non fuit Episcopus Stabulensis ; tres ab eo Successores ne quidem Episcopi fuerunt. Unde igitur Abbes illi Episcopi nobis obtruduntur ? An si Stabulenses hac fuisse ornati prærogativa, ut Episcopos proprios haberent, habere omisissent ? Tamne fuisse quietis & tranquillatis negligentes, ut, cum possent, *Monachis præsertim junioribus occasionem discurrendi ad percipiendos sacros ordines non præriperent* ? Ut sacrissimis liminibus importunum *Diœcesani adventantis strepitum non arcerent* ? Evidem sentio, eos suarum prærogativarum tam studiosos fuisse semper, ut hanc nunquam susque deque tam negligenter habituri fuisse ; ut tanti ornamenti vestigium nullum, nulla traditio ad eos pervenisset.

Ut Abbatum-Episcoporum numerum augeret Adversarius, S. Theodardum Abbatum catalogo intrusit : intrusum esse *invita omni historia*, supra ostensum. Demus nunc fuisse Abbatem. Erraret tamen errorem palmarem, si eum Abbatem-Episcopum pronunciaret. Secundum ejus sententiam fuit abbas Stabuleti & Malmundarii cum S. Remaclus Episcopatum Tungensem regebat. Hic cum abdicasset, Abbatiali munere cessit Theodardus, &c, ut loquitur apud Martenum Mabillonius *Episcopus ex Abbatे Stabulensi factus est*. Itaque non fuit Abbas-Episcopus ; nam tum demum Episcopus est factus, cum Abbas esse desisset. Cur autem Remaclus, qui hoc prærogativæ Monasterio Stabulensi, secundum Martenum, acquisiverat, ut ejus Abbes essent simul Episcopi, cum Theodardum Abbatis nomine illi præficeret, non curavit, ut illico Episcopali axiomate insigniretur ? Cur Sigolitus, Papolenus, & Godomus Remaclii successores, tam injurii in illustre monasterium fuerunt, ut prærogativa illi concessa, non sine ejus amittendæ periculo, non uterentur ? Quoquo verteris, Marteni systema rimas agit nullo emplastro inducendas.

*Papulenus II. & Rabangarius  
Abbates fuerunt Ep. Regionarii.*

Sequntur nunc Papulenus II. & Rabangarius : fuisse Episcopos, non negavi, negavi fuisse Abbes-Episcopos. Nam neque decessores, neque Successores fuerunt Abbes-Episcopi ; unde igitur ad eos hæc dignatio pervenisset ? Statui autem fuisse Episcopos Regionarios : memineram enim circa hæc tempora usitatum admodum fuisse, ut viri Religiosi Episcopi regionarii crearentur, ad Evangelium vicinis populis annunciatum. Versabantur ob oculos Amardus, Willibrordus,

brordus, Suitbertus, Bonifacius, Pirminius, Corbinianus, aliquae sexcenti. Stabulensem, item & Malmundariensem constantem traditionem laudavi. Negat hanc traditionem Adversarius; sed negat ut plura alia. Ejus enim Vadem præstantissimum habeo translationem S. Symmetrii utrique Monasterio notissimam. Dux quoque ita videri Francisco Laurentii & Mabillonio in annibus, & amborum verba representavi. Martenus Franciscum ignorantiae postulat. Quidni & Magistrum? tuliferit injuriam Mabillonii perinde ac Francisci manes. Ceterum recte me & Jure hos Episcopos, Regionariorum classi accusuisse, in sequentibus capitibus erit magis manifestum. Nunc præstruendum est Adversario, ne elabatur, effugium.

Discept. I.  
pag. 28.

*Fuerint, inquit, Episcopi regionarii; nihil inde contra me potes concludere. Nihilne? Quid ergo Episcopum Regionarium esse dicemus? Nonne eum, qui Episcopali charactere insignitur hoc fine, ut Christum gentibus & paganis annunciet? At Abbas-Episcopus, ex Marteni mente, is est, qui Episcopum hoc fine induit, ut singulis lustris cœnobitæ alicui ordines præbeat, altare unum singulis sæculis in monasterio suo consecret. Aliud igitur est Episcopum regionarium esse, aliud esse Abbatem-Episcopum. Pergit, qui vicinis populis Episcopalia munia potuit impendere, suis non potuit? Sed hoc hic non quærebatur. Agcambamus de iis Episcopis qui hoc omnino fine essent Episcopi, ut sui Monasterii Monachis Episcopalia munia impendere: Quod Regionarii vicinis populis ea impendere poterant, inde erat, quod hac causa ordinati essent: sed erantne ordinati, ut ea monachis impenderent? Jam per duo sæcula certarum sedium Episcopi in nostris monasteriis Abbates sunt. Suæ ii plebi possunt Episcopalia munia impendere; at non possunt suis monachis sine Diæcesani consensu, quia Episcopales infulas eorum gratia non acceperunt. Attamen, si post aliquot secula superaret in Congregatione S. Mauri aliqua Marteniani ingenii scintilla, prodibit aliquis, qui ævi illius, Rodericum negantem Episcopos Tornacenses, Leodienses, Colonienses fuisse Abbates-Episcopos Stabulenses, convinciis & maledictis proscindet.*

Martent  
effugium  
præstruia  
iur.  
Vind. pag.  
28.

## C A P U T II.

*In Celebrioribus O. S. B. Monasteriis non fuerunt Abbates-Episcopi.*

**T**N Canonibus Ecclesiasticis, Actis Conciliorum Regumque Francorum Capitularibus nulla *Abbatum-Episcoporum* mentio: Regionariorum contra, Scotorum & aliorum frequentissima. Ex hoc silentio haud immittero supra arguebamus, Abbates Stabulenses, qui Episcopali fuerunt charactere insignes, non fuisse Abbates-Episcopos. Huius, ut obviet Martenus, cum in Præf. ad tom. II. coll. ampl. quam supra excerptimus, tum in Præfat. ad tom. I. anecdote. colligit primos Murbacensis Monasterii Abbates Episcopali charactere ornatos fuisse; id quod in pluribus O. B. maxime insignioribus Monasteriis, narrantur fuisse, certissimum sit. Inter alia, quibus grande hoc ornamentum aslatum fuerit, recitat *Celeberrimum S. Michaelis ad Mosam cœnobium, Diæcesis Virdunensis; insignie Lobensem, Cellense in Hannonia, Dionysi anum agri Parisiensis, Turonense S. Martini.* Atqui si recipia laudata monasteria habuerunt *Abbates-Episcopos*, Episcopos ex privilegio, Stabulenses ab insolentia & rei novitate impugnari non possent. Verum quo plura afferet cœnobia Martenus, in quibus fuerint hujus categoriæ Præfules, hoc erit certius, nunquam fuisse. Erit enim tum omnino incredibile, fuisse hujusmodi paradoxos Episcopos variis in locis

non unos, quin eorum, ne per transennam quidem, ulla in antiquis Ecclesiæ monumentis mentio reperiatur. Quare laudata exempla tantum abest, ut Stabulensibus Pontificibus patrocinentur, ut etiam illis aduersentur. Id ut a me non videatur confidentius, quam verius dictum producam in scenam aliquos ex iis Episcopos, queis Martenus in laudatis cœnobii cathedralm Episcopalem ædificavit. Si, larva detracta, patuerit fuisse aut regionarios, aut certæ sedis Episcopos, non est dubium quin insolens Adversarii sistema *plaudentibus cum Germanis tum Gallis* evertendum sit. A Cellensi Monasterio initium faciemus.

Cellensis igitur Monasterii Abbates primos *Abbates-Episcopos* statuit, quia S. Gislenus, loci fundator & Abbas primus, fuerit *Episcopus*. Post hunc neminem præterea hujus loci Abbatem-Episcopum nominat. Neque vero occurrit aliquis in catalogo Abbatum Cellensium a Dionysio Samarthano adornato. Immo video apud Bailletum Præsules Cameracenses in Cellensi cœnobia jura episcopalia prioribus seculis summa auctoritate exercentes. Inde consequitur neque S. Gislenum fuisse *Abbatem-Episcopum*. Si enim fuisset, non commisissent Cellenses Monachi, ne non ejus successores eodem essent charactere insignes. Sed negemus fuisse omnino Episcopum: nec primi, nec fine ratione negabimus. Nemini homini Benedictino erit suspecta fides Mabillo-nii: ita autem de S. Gisleno scribit *Gislenum Episcopum dicunt recentiores, sed nullo veterum fundamento; neque enim ullam Episcopalis ejus dignitatis mentionem faciunt ipsius Vitæ Scriptores, sive Anonymus, sive Raynerus Monachus Cellensis, aut Philippus ab Eleemosina; neque Hucbaldus in libello de vita S. Aldegrundis, nec denique Baldericus Episcopus in Chronico Cameracensi. Primus Episcopi nomen ei adscriptissime videtur Poeta Anonymus in Vita ejus metrica; sed recentior, nec tantæ authoritatis ut ei fides tuto haberi possit.* His ego solidissimis Mabilionii rationibus aliam ad-jungo. Cum ex Auctoriibus hic laudatis, tum ex diplomate Ottonis Imp. a Miræo, deinde a Sammarthano in instrumentis edito, discimus S. Gislenum hoc Monasterium condidisse, *Sanctum vero Otbertum cum beato Amando in honore Apostolorum Petri & Pauli idem dedicavisse.* An autem illud Gislenus ipse non fuisset dedicatus, siquidem Episcopus erat? aut certe, si coadjutores habere volebat, an ipse dedicationi manum non adhibuisset? Otberti nomen dignitatem Episcopalem Cellensis Monasterii evertit: erat is Episcopus Cameracensis, qua in Diœcesi positum est hoc Monasterium: neque dubitari potest, quin huic solennitati ideo interfuerit, quia loci Diocesanus erat. Sed tamen, ne injuria fiat eruditissimo Marteno, fatendum est, eum cum aliqua dubitatione de S. Gisleni Episcopali dignitate scripsiſſe; ait enim eam *non videri a vero alienam*. De alio Monasterio paulo ante fidentius verba facit.

*Certe, inquit, in celeberrimo S. Michaelis ad mosam cœnobio dioecesis Virdunensis, Ermengaudus Abbas & Episcopus, extitit, ut constat ex chronicō ejusdem loci apud Mabilonium Analectorum tom. 2. pag. 386, editionis veteris, novæ pag. 350 & ex diplomate Caroli magni pro libertate loci Monasterii S. Michaelis, in quo hæc verba leguntur: „Cum itaque venerabilis vir Hermengaudus Abbas sive Episcopus de „Monasterio Castellionis in pago Virdunensi &c. „que verba inferius repesuntur. Hæc Martenus. Ex Chronicō laudato Ermengaudum exceptit Smaragdus, scriptor sub Carolo M. & Ludovico pio celeberrimus; hunc Hildoinus Abbas; dein Rudolfus Abbas, quem sequitur Hadegaudus, ab hoc Heinardus cancellarius, denique Stephanus Episcopus Tungrensis. Postremum hunc, ut Episcoporum numerum augeret, Ermengaudo debebat adjungere Martenus. Fuit sane Episcopus Tungrensis; sed cedet istud in eo majus decus Monasterio S. Michaelis. Ermengaudus Abbas fuit quoque Episcopus; ergo Episcopalis digni-*

In Cellensi  
Monast.  
non fue-  
runt Ab-  
bates E-  
piscopi.  
Gall.  
Christ.  
tom. III.  
S. Gisle-  
nus non  
fuit Epis-  
copus.  
Annal. t. I.  
pag. 561.

notit. Belg.  
cap. I 2.  
Gall.  
Christ.  
tom. III.

In Monaf-  
S. Micha-  
elis ad mo-  
sam non  
fuerunt  
Abbates-  
Episcopi.

tas fuit abbatiali hujus cœnobii cathedralæ assuta. Ita Matenus colligit : serve-  
 mus eandem Methodum : Stephanus Abbas fuit simul Episcopus Tungrensis ;  
 inde necessario colligemus Episcopalem sedis Tungrensis dignitatem fuisse Ab-  
 batum Virdunensium propriam : Einhardus Abbas fuit item Cancellarius Regis aut  
 Imperatoris ; igitur abbatiali & episcopali Castellionensium dignitati , Cancel-  
 lariatus officium annexum fuit ; quemadmodum archicancellariatus per Ger-  
 maniam munus Moguntinæ sedi annexum est. Felicem dialecticam quæ per-  
 sonalia ornamenta , cum nullo alio , quam veritatis & bona fidei dispendio,  
 in localia convertit ! Sed stylum vertamus : ostendimus in Cellensis Monasterii  
 causa S. Gislenum non fuisse Episcopum : an magis certum est Ermengaudum  
 fuisse Episcopum ? Martenus testes duos producit , Carolum M. & auctorem  
 Chronicum S. Michaelis . Postremum mittere poterat ; nam de abbatibus qui loco <sup>Ermengaudus</sup>  
<sup>nullo certo</sup> <sup>argumento</sup> <sup>praefuerunt</sup> , ante tempora Caroli M. nihil inquit hic Chronographus , dictum re-  
 probatur perimus . In privilegio autem , quo libertatem confirmat , ex exemplo Patris sui fuisse E-  
 Pippini , asserit se Ermengardo Abbatia ac EPISCOPO idem privilegium concedere. pscopus.  
 Quem utique , ita Chronographus pergit , Ermengaudum illum esse credimus , qui Analect.  
 in quodam ipsius Ecclesiæ libello legitur in expeditione cum Rege profectus , corpus beati Mabill.  
 Anatolii de Cadurcensi urbe detulisse . Credit Chronographus , postremum Er- <sup>edit. n.</sup>  
 mengaudum fuisse eundem cum Ermengardo Episcopo : credit , inquam ; non P. 350.  
 asserit , sibi certum esse . Fuislet autem illi certum , si in libello laudato fuisse  
 Episcopus nuncupatus : quare non aliunde videtur Episcopalem Ermengaudi  
 dignitatem , quam ex Caroli M. diplomate accepisse . Hoc itaque solum Hermen-  
 gaudo Episcopo patrocinatur ; cuius sit fidei & ponderis videamus . Datum est  
 IN MENSE MAJO anno quarto REGNI NOSTRI . Actum Drippione in palatio regio <sup>Nam Ca-</sup>  
 publico . Annus Caroli quartus , in annum 772 quadrat , quo anno , Post ce- <sup>rolis M.</sup>  
 lebratum Pascha Heristalli , Carolus , ut annales produnt , Theodonis-villam <sup>diploma,</sup>  
 palatium publicum mense majo concessit . Ibidem eodem mense Abbat Laures- <sup>quo inni-</sup>  
 hamensi diploma a Radone recognitum concessit . Dubitare itaque tas est , an peccatum est .  
 Drippione fuerit ; præsertim cum hujus palatii nulla ullibi mentio fiat , præter-  
 quam in hoc instrumento . In eadem hac subscriptione , præter Notarii & Can-  
 cellarii nomina , desiderantur postrema haec : in Dei nomine feliciter , Amen .  
 Contra in his vocibus : Palatio regio publico , abundat vox regio : neque enim  
 eam adhibet in aliis instrumentis Carolus M. neque Successores ejus : sub tertia  
 Stirpe demum usurpari cœpit . Advertit istud ipse Mabillonius , atque hac de  
 causa ea omissa , subscriptionem hujus instrumenti ita exhibet : Actum Dri- <sup>De re.</sup>  
 pione palatio publico . Initialis formula corrupta etiam est : genuinæ ante adep- Dipl.  
 tum regnum Lungobardorum hac sunt facie : Carolus gratia Dei Rex Francorum , lib. IV.  
 vir illustrer , Virdunensis torta & trajecta est . Carolus Dei gratia vir illustris , Fran-  
 corum Rex . Evidem non eæ sunt plerisque hæ corruptiones , quæ diplomaticis  
 fidem penitus elevent . In sequentibus enim instrumentis occurunt etiam ali-  
 quæ hujus fere generis , neque tamen ea genuina esse negamus . Verum in ipso  
 diplomatici corpore aperta sunt suppositionis vestigia . De stylo nihil monebo ,  
 quanquam a Carolino ab ludere videtur . Carolus semel & iterum in hoc diplo-  
 mate statuit , ut Hermengaudus Episcopus omnia FEUDA concessa debeat possidere  
 & dominare . Pluribus non indigemus : nostra ætate constat , feudi vocem an-  
 te sæculum decimum ignotum fuisse in Francia . Atque hac causa , cum doc-  
 torum virorum omnium applausu , Cangius , præter alia instrumenta , hoc  
 ipsum , de quo loquimur , diploma expludit . Igitur cum Castellionense di-  
 ploma aut interpolatum , quod nemo negabit , aut , quæ mea est sententia ,  
 spuriū sit falsa , vel si istud tibi durius videtur , dubia certe & incerta est Hermen-  
 gaudi

gaudi Abbatis dignitas Episcopalis. An vero hominis prudentis & sapientis est ,dubiis & incertis argumentis , præter canonum omnium & rectæ rationis leges , cathe dram Episcopalem Monasterio alicui inferre atque in illo erigere ? Vide rint abbatum Episcoporum aut patroni aut clientes . Evidem ita tentio , cum novum quid , cum veteri consuetudine & legibus omnibus pugnans introducendum aut docendum est , certis , solidis & manifestis pugnandum esse argumentis : defuerunt ea haec tenus Marteno ; si quid prævideo ; deerunt item in Murbacensium Episcopalibus infulis astruendis.

*Murba-  
cense Mo-  
nast. non  
habuit  
Abbates-  
Episcopos.*

*Annal.  
tom. II.*

*Baldeber-  
tus Abbas  
Murbac-  
ensis fuit  
Episcopus  
Basileen-  
sis.*

S.Priminius ex Monacho Episcopus regionarius aut chorepiscopus , ut alii cubi Mabillonio videtur , cum in nostrum continentem Evangelii promulgandi causa ex Hibernia pervenisset , eodem , quo S.Willibrordus & S.Bonifacius , quorum temporibus vivebat , consilio viros nobiles & locupletes ad dotanda & fundanda cœnobia impulit : inter multa , quæ ejus opera surrexerunt atque ab eo Monachos Scotos acceperunt , primas sibi facile vendicat Murbacense in Basileensi Dicecesi positum , quod ab anno 1561 Lutrensi unitum , Principalem in Imperio Germanico Abbatiam constituit . Dotavit illud Everhardus , filius Adalberti quondam ducis , cum Germano suo Leuthredo duce & conjuge Emeltrude , in loco , qui dicitur Maurobaccus : quod nos docet Charta a Mabillonio repræsentata . Monachos ibi peregrinos deduxit Pirminius , quibus Romanum , peregrinum item , præfecit . Atqui hoc præfertim consilio conditum fuit , ut advenientes , pro illorum temporum more , ex Scotia Monachi aut Episcopi regionarii sedem , quo se reciperen & facultates , quibus vitam tolerarent , paratas semper haberent ; quod ut ipsum loci nomen indicaret , mutatum est atque Vivarius - peregrinorum ab ipsis fundatoribus nominatus . Hæc cum attendimus , parum miraremur , si ex peregrinis Episcopis regionariis , qui multi Pirminii & secutis temporibus in nostrum continentem transibant ibi inveniremus . Chartæ XIV. pro Hohenauensi Monasterio apud Mabillonum in *Analectis* subscríbunt *Coniganus Episcopus* , *Echock Ep.* *Suathar Ep.* *Maugunicib Ep.* *Canicomrihe Ep.* *Doilgusso Ep.* Erant hi peregrini & Scotti . An mirum , si totidem in Murbacensi Monasterio offendreremus ? An mirum , si ex iis aliquis Abbatiali dignitate ornatus inveniretur ? non commiteremus tamen , ut ejus Episcopalem dignitatem loco ipsi affixam dicemus . Vidimus Willibrordum Corbinianum , Amandum , Dubanum Abbates Episcopos ; tales fuisse Murbacentes dicemus : neque vereremur , ut oppositum a quoquam unquam ostenderetur . Quare laudatos a Marteno *Baldebertum & Simpertum Murbacen-* ses abbates & Episcopos , hoc uno arguento explodere possemus si aliqui nobis essent incogniti ; sed noti sunt : non fuerunt regionarii : fuerunt Episcopi certarum sedium ; hic Ratisponensis , ille Basileensis : nihil itaque favent Marteniano systemati : immo convellunt illud & penitus evertunt . Demonstre mus , quod asserimus . Annales Nazariani apud Duchenium *Anno DCCLI.* *Baldebertus Episcopus* , scilicet fit aut consecratur ; *anno DCCLXII.* *Baldebertus obiit.* *Haribertus Abba ordinatus est.* *Anno DCCLXVIII.* *Heribertus Abba Roma transmis-* sus ; *Anno DCCLXXIV.* *Haribertus Abba obiit* , & *Amicho Abba ordinatus est.* Abbates duo postremi fuerunt Abbates Murbacenses ; cumque post obitum Baldeberti , illico ponatur ordinatio Hariberti , (ita enim legendum potius quam Faribertus ,) non est dubium , quin hic sermo sit de Baldeberto Murbacensi Abbe . Jam vero cum ad annum 751 legamus *Baldebertum fieri Episcopum* ; istud ita capiendum est , Baldebertum , qui modo ab aliquo tempore Abbas esset , ad aliquam cathedralm Episcopalem evectum fuisse hoc anno , retenta tamen , ut tum moris erat , Abbatiali dignitate . Erit hoc luce meridiana clarius , si *Bal-*

*si Baldebertum* aliquem certæ sedis Episcopum in Murbacensis cœnobii vicinia reperimus : quod facillimum erit. Labbeus fragmentum alicujus nobis concilii exhibet, cui inter plurimos alios subscribit *Baldebertus Episcopus Basileensis*. Quis non intelligit *Baldebertum* hunc eundem esse cum *Baldeberto Murbacensi* ? persuadent istud & loci vicinia & nominis identitas , & ipsum Basileæ nomen cuius in diœcesi Murbacum positum est. Persuadet item tempus habiti concilii ; et si enim absunt notæ chronicæ , tamen eas abunde supplent Episcoporum subscriptientium nomina. Inter eos subscribit *Folericus Episcopus Civitatis Tungris*, Folericus hic in dotatione Prumiensi *Fularius* nuncupatur ; in diversis editionibus Epistolarum *Zachariae*, *Folericus*, *Fularius*, *Fulgarius*, *Fulericus*. Quod ideo monendum erat , ne quis Fulcarium a Folerico , quod Cointius perperam fecit , distingueret. Porro Folericus , Pagio demonstrante , obiit anno 762 , quo item anno *Baldebertus Murbacensis Abbas* obiit ; Igitur ante hujus anni finem habita est laudata Synodus , & quod inde consequens est , *Baldebertus Basileensis Episcopus* , illi subscribens , idem est cum *Baldeberto Abbate Murbacensi*.

Council.  
tom. VI.

Baldeberto in dignitate Abbatiali suffectus est Haribertus , huic Amicho ; sed neuter in Episcopali : unde denuo liquet , hanc Baldeberto non a Murbacensi loco , sed a Basileensi advenisse. Hariberti et si vitiose scriptum , nomen occurrit Thesaur. Anecdot. Tom. I. pag. 10. in diplome Caroli magni anni 772 ; perperam enim ab editoribus ad annum 771 refertur ; cum datum sit *Idus Januarii anno quarto regni Caroli*. Amichonis mentionem , nullum , quod viderim , diploma facit. Post hos sequitur *Sindbertus vel Simpertus Episcopus* & *Abbas a Marteno* , pro suo systemate , in scenam productus : sed parum feliciter. Eodem Anecdotorum Thesauro pag. II. Adumari & Starehildis Charta legitur , hoc initio : *Digno Christi speculo Sindberto de Monasterio Morbach sive Vivario*. subscriptio ita habet : *In Dei nomine ego Simpertus Episcopus atque Abbas hanc precariam fieri consensi*. Notæ chronicæ non ann. 788 ut volunt editores , sed 789 referunt ; in quem annus vicesimus primus Caroli , & Idus Julii in diem Mercurii incident. In charta , eodem anno III. Idibus Novembris conscripta , est alia donatio pro Murbacensi Monasterio , *ubi vir vite venerabilis Simpertus Episcopus atque Abbas præesse videtur*. Nunc ad institutum. Bernardus Pezius , cum in tomo secundo Thesauri novissimi hujus Simperi , *statuta Regulariapro Monasterio Murbacensi* , ederet ; ita de illo dissertatione isagogica scribit : *Monasterii Murbacensis eum Abbatem ante Angustane Ecclesiæ regimen fuisse* , *nemo cum Carolo Cointio deinceps negabit*. En viri doctissimi judicium : quod Marteni sistema radicitus revertit. Inde enim sequitur , *Sindpertum vel Sympertum Episcopale nomen ab Augustana sede* ; non item a Murbacensi Monasterio sortitum esse. Sed ne tantos viro eosque amicissimos inter se collidam , dicam , quod res est. Monumenta quibus Udalriciani Augustenses S. Sindbertum suæ sedi vendicant , sump*tæculo XIV* inferiora : proinde illis nihil probatur. At idem Pezius tom. I. exhibet nobis instrumenta genuina & antiqua , ex quibus certum fit , Murbacensem Sindpertum ad Ratisponensem sedem , retenta priori Abbatis dignitate traductum ; quemadmodum paulo post videbimus , Victerum Abbatem sancti Martini codem , ante Sindpertum translatum fuisse. Melinvinus S. Emmerammo tradit res suas in Hedinpah & hanc traditionem ait se firmaturum *in præsentia Sinderti Episcopi & Monachorum sub crypta S. Emmerammi*. Taugolf p. 82. *jussus a domino Sindberto scriptis hanc traditionis Kartulam*. Pag. 84. Traditio alia in absentia Episcopi facta , renovata est coram Sindberto Episcopo & Raganeshurc. Traditio prima acta est anno XXIII. regnante Augusto Karolo die Kal. Septembris.

Part. III.  
p. 82.  
p. 84.

Et proinde haud multo tempore ante ipsius Sindberti obitum ; quem in autumnum anni 791. Annales Francorum, editionis Canisianæ referunt. Narraverant Caroli expeditionem in Avaros & quemadmodum quinquaginta dies eorum regionem vastasset ; tum subdunt : *Et in ipso itinere obiit bona memoria Agilrannus Archiepiscopus Mediomaticis Ecclesia.* & Sympertus Episcopus ibi defunctus est. Et Rex Carolus redit in Baioariam & ibi hiemavit. Tunc sequenti anno resedit Rex in Baioaria & apud Reganespurg celebravit Pascha. Annales MSS. autographa manu Ratisponæ his temporibus scripti, Anno DCCXCI, inquit, *Adalvvinus Episcopus ordinatur. DCCXCII. Carolus Rex ad Reganesbur concordant hæc cum Annalibus Canisii* ; nam, ut docent nos versus hujus fere ætatis infra recitandi, *Adalvvinus* in Ratisponensi sede *Sindberto* successit. Unde corrigendi Annales Moissiacenses, cum scribunt anno DCCXCI : *Et in ipso itinere obiit bona memoria Ingilramnus... Sed & Suidbertus Episcopus ibidem defunctus est.* Corrigendum est item Chronicon breve S. Galli scribens ad annum DCCXC *Agilramus & Suidbertus de hac luce migraverunt.* Neque enim dubium est, quin chronicon MS. a nobis laudatum fidem maximam mereatur. Pezios tomo I. chartam sub Adalwino Praesule Ratisbonensi, anno XXIII regnante domino Carolo Rege Francorum & XI. Kal. Aug., scriptam exhibet. Sed in notis error est. *Sindbertum* adhuc in vivis egisse Kalendis Septembribus anni 791, in quem vicesimus tertius Caroli regnantis incidit, charta paulo ante excerpta nos docet. Ex chronicō Canisiano colligitur quoque, cum sub autumni finem obiisse. Denique Kalendarium S. Emmerammi ejus mortem ad diem mensis Septembribus 29. refert. Cui fides habenda est, quia cum superioribus concordat. Charta itaque, in qua *Adalvini* Episcopi mentio fit, data non est anno XXIII Caroli Regis mense Julio. quod si diceremus scriptum fuisse XXIII faceret & hæc charta ad superiorum confirmationem. Sed conjecturis non indigemus : sunt illa nunc omnino certa. De tempore aditæ Cathedræ Ratisponensis, unum istud certi habeo, *Sindbertum* fuisse modo in ea constitutum anno 772, cum legatur subscriptissimæ synodo Dingoltingensi, quæ collecta est anno XXIII lege XXV regni religiosissimi Dux Tassilonis gentis Bajoariorum, sub die Consule, quod erat II idus Octobris atque anno ab incarnatione Dominica DCCLXXII, indictione X. Bavaros inductionem inchoasse a Natali Domini quinque nos docent apud Meichelbeckium instrumenta ; recte itaque hic indictio X cum anno Christi 772 componitur. Formula sub die Consule Velfero, Baronio & Pagio vitiosa visa est. Sed perperam : hac enim formula usos fuisse Bajoarios ex sexcentis apud Meichelbeckium monumentis liquet. Leges Romanæ & ritus Bavaris non erant ignoti: cumque Theodosius lege prima codicis sui statuat, ut si qua posthac edita sine constitutitiones sine DIE & CONSULE fuerint deprehensa auctoritate careant : hinc indubie Bavaris suam formulam *Die consule* mutuati sunt. Ad annos Tassilonis quod attinet, pro XXIV omnino reponere oportet XXV, nam, ut alia taceant argumenta, tredecim apud Meichelbeckium Chartæ docent, eum post 24 Junii & ante 23 Julii anni 748 ducatum Bavaræ accepisse. Itaque ex hac synodo scimus, *Sindbertum* fuisse jam Episcopum mense octobri anni 772. Neque tamen multo ante Episcopus fuit, cum ab anno 739 tres eum Episcopi in Ratisponensi sede præcesserint. non possum mihi imperare quominus hic conjecturam aliquam meam depromam. Dingoltingensi Synodo interfuerunt *Alimus Sabionensis, Virgilius Salisburgensis, Wifericus Pataviensis Aibo Frisingensis & Simpertus Ratisponensis.* Anno 771. 26 Septembribus Frisingæ donationi *Oadalgeri presbyteri* subscripterunt cum Tassilone duce *Alimus, Virgilius, Wiscoih & Heres* Episcopi. Hos quatuor Episcopos cum eodem in loco cum  
Duce

Duce suo congregatos legimus, merito conjicimus, fuisse ibi synodum aut platicum Episcoporum Bavariae ex Ducijs jussu celebratum. At vero cur *Sindbertus Ratisponensis*, aut, si necdum hanc sedem concenderat, cur ejus prædecessor Frisingæ non comparet hoc anno? Istud hic verisimillimum est, *sigurum Ratisponensem Episcopum circa septembrem anni 771 obiisse*, atque Episcopos Frisingæ congregatos de successore illi dando consultasse, ac tandem post 26 septembres Sindbertum, unde unde accersitum (nam Bavariam non incoluisse inde liquet, quod ejus tanquam Presbyteri aut Monachi nomen in Charta Bavara nulla ante hunc annum reperiatur) Ratisponæ constitutum fuisse. Nihil prohibet, quominus cum ex Murbacensi cœnobio petitum dicamus. Fuit autem magna vir industria, Tassilonis studiosus atque Carolo Regi carus. Colligimus istud ex Egolism. Vita Caroli & Annal. Loiselianis cum ad annum 781 scribunt, *Obsides Tassilonis ducis receptos esse in Corisaco villa de manu Simberti Episcopi.* Colligamus nunc singula: nomen, tempus, Caroli amicitia, *Sindberti* itinera aliaque persuadent *Sindbertum Ratisponensem* eundem fuisse cum *Sindberto Murbacensi*. Neque usus aut consuetudo illorum temporum & illius adeo Episcopatus huic sententiæ non favent. *Adalvvinus Sindberti Successor* præter Episcopale suum Monasterium, aliud in pago Syvatfeld Diœcesis Eichstetensis situm Abbatiali dignitate regebat. Traditione apud Anamodus secunda Lib. I. Ekkipertus comes bona aliqua confert *ad Monasterium sancti Salvatoris*, quod est constructum juxta fluenta Rehtratanze, ubi in Deo Thesaur. nomine *Adalvvinus Episcopus vel Abba præesse* videtur. Traditione XLV. idem Monasterium vocatur *Monasterium Adalvini Episcopi*. An & hunc Adalwīnum ab Adalwino Ratisponensi distinguemis? An in Monasterio S. Salvatoris peculiarem Episcopum constituemus? Scholastici vetunt entia sine necessitate multiplicare. Et hanc regulam adoptant cordati critici omnes, ut locorum diverorum, quæ ab uno capite regi possunt, si nomen, tempus & consuetudo consentiunt, unus idemque Rector tam diu credatur, dum oppositum aliunde doceatur. Quod in *Sindberti Successore* obtinuit, idem, ut sententiam nostram a consuetudine firmari intelligas obtinuerat in illius Decessoribus. Additamentum ad annales Mascianenses a Labbeo tom. II. Biblioth. pag. 733 editum, *anno DCCLVI obiit Wicterbus Episcopus & Abba S. Martini.* Synchroni hujus Auctoris testimonio usi sunt Benedictini Galli aduersus Episcopum suelctionensem ostensuri monachos S. Martini Turonensis habuisse suum peculia-rem Episcopum; Magna est, estque suo merito magna PP. Congregationis S. Mauri in rebus Historicis auctoritas; sed tamen nunquam a viris cordatis im-petrabunt, ut ne fontes consulant unde sua testimonia hauriunt, deinde ut ne ea cum aliis historicis monumentis componant. Utrumque præstitio eventu, ut certum mihi sit, *Wicterbum* fuisse Episcopum Ratisponensem. Primum, post verba ex chronicâ Masciacensi prolatâ sequitur: *Fuit autem Wicterbus Bajoarius, genere Heilolwingus, senex & plusquam octogenarius, usque ad id tempus se-debat propria manu scribens libros.* Amabo! cur eruditæ Patres, papyri ceteroquin pa-rum avari, postrema hæc superioribus adscribere omiserunt? Non erant inuti-lia: quis enim *Wicterbum* Episcopum S. Martini non velit noscere? Hæc autem, ut noscatur, faciem lucidissimam præferunt. *Wicterbus* erat *Bajoarius*; nihil mirum itaque si cum in Bajoaria querimus: erat *Heilolwingus* vel *Agiolwingus* genere; quid convenientius, quam ut in Bajoaria, ubi Agiolwingica regebat familia, dignitate aliqua Ecclesiastica sublimi decoratus fuerit? Denique erat *senex & plusquam octogenarius*: usque ad id tempus se-debat propria manu scribens libros. Quid plura requiri mus? conferantur hæc cum clausula, quam ex ipso

Annal.  
Bajoar.  
lib. 3.  
P. 163

autographo Victerbi , ad S. Emmeramimum Ratibonæ asservato , excerptis Aventinus quæque ita habet : *Scripsi ego ipse Vichterbus , quamquam peccator , Episcopus jam senex , puto nonagenarius , aut supra dolentibus membris & caliginan- tibus oculis ; hoc non quasi potens , sed pro studio Charitatis , quam circate habeo , quia volebam , dum seculi dignitatem Regis , vitam eternam nunquam perdas . Pax tibi & vita a Domino augeatur . Amen & fiat , fiat . Tertio anno regnante Pippino fi- lio Caroli , rege Francorum , in mense Junio , in diebus decem scripsi hunc libellum hoc est anno DCCIII (lege DCCLI , L enim rescriptionis vitio excidit ) a na- tivitate Christi , septima iudictione . Hæc inquam cum Massiacensi additamen- to comparentur ; nemo negabit de eodem utrobique Victerbo sermonem esse : conueniunt omnia : nomen , tempus , ætas , senium , diligentia . Ergo istud tantum supereft , ut ostendamus , re ipsa fuisse hoc tempore Victerbum Ratis- ponæ Episcopum . Id vero docent versus aurei a Mabillonio primum editi , qui Victerbo primum locum inter Ratisponenses Episcopos ordinarios tribuunt . Promisimus eos supra , hic exhibemus :*

*Hic Reginensis sedis vocatur ab urbe , Quam rexit primo VICTERBUS Epis- copus ille ; Post alias Cavvipaldus , qui nomine dicitur . Tertius Sigiricus erat , sa- cratus ad aulam . Post hunc jam fuerat SINTBERTUS in ordine quartus . Quin- tus ADALWINUS fuerat sedemque regendo . Post hunc Baturicus tenuit prius opti- me sedem . Erchanfredus ovans sequitur hinc pastor opimus . Hic Episcopos tres Ratisponenses & eodem tempore trium Monasteriorum procul positorum Abba- tes vides Adalwinum Abbatem S. Salvatoris , Sindbertum Abbatem Murbacen- sem & Victerbum Abbatem S. Martini . Quare novi nihil docuit Pagius , cum ante nos Victerbum Abbatem S. Martini , Ratisponensem Episcopum fuisse scripsit ; nec nos censuram veremur & tanti viri sententia teclti , & , quod pluris facio , iis quas haec tenus attuli rationibus fulti . Augustani Sindbertum & Vic- terbum sua sedis Episcopos fuisse contendunt : sed caslo conatu ; nam Chroni- con Augustanum & monumenta S. Simpertires illustrantia apud Pezium , cum sœculo XIV sunt inferiora , tum vero innumeris scatent fabulis . Augustanos in errorem duxit vetus eorum necrologium . Deperdita erant nomina , & suc- cessio antiquorum Episcoporum Augustanorum : legerunt in suo necrologio nomina Victerbi & Sindberti : hoc iis suffecit , ut illos sedi Augustanae tribuerent . Sed advertere oportebat extraneorum nomina sive ob beneficia accepta sive ex confederationis legibus necrologiis inferri solita ante an- num 772 . nam quod Meichelbeckius arbitratur , nullum confœde- rationis vestigium in quoquam concilio ante Dingoltingense reperiri , errone- um est . Quidquid in Dingoltingensi hac super re legitur , decennio ante oc- currit in Attiniacensi auni 762 ita ut illud ex hoc hauisse videatur : neque du- bium est , quin Attiniacense primum non sit . Ceterum Augustanorum error a nobis facit ; eum nos doceat hanc esse eorum quoque sententiam Sindbertum Murbensem abbatem & Victerbum Abbatem S. Martini Episcopalem dignita- tem a certa aliqua sede accepisse .*

Dum aliud agimus dilabimur ad S. Martini Turonense Monasterium ; cu- jus Episcopalem Dignitatem tam certam , tam indubitatam putartint PP. BB. ut cæteris Monasteriis omisis , unum Turonense adversus illustrissimum Suef- fisionense sustinuerint in medium proferre . Neque tamen Viri eruditissimi atque in omni omnium ætatum historia cives , plus duos produxerunt , quos ad S. Mar- tinum Episcopos fuisse audeant affirmare . Victerbum primo loco nominant ; de- inde Andegarium . De Victerbo vidimus , fuisse eum certæ sedis Episcopum : nihil itaque ab iis facit . Reponent fortasse , nos nominum duntaxat & tem- porum

Pistor.  
Script.  
tom. III.  
Thesaur.  
tom. II.  
part. III.

porum convenientiam secutus esse. Quid ergo ipsi sequuntur, cum *Victerbum* assuerunt fuisse Abbatem *S. Martini Turonensis*? An aliud præter nominum & temporum convenientiam? Quanquam ne hæc quidem tanta est, quanta ea, quam nos securi sumus. An enim nullæ fuerunt *S. Martino* dedicatae Ecclesiæ præter *Turonense Victerbi* temporibus? an nulla Monasteria? Inter Ecclesiæ, quas *Carolomannus*, *Pippini* frater, *Wirceburgensi* Ecclesiæ assignavit, plurimas invenio *S. Martini* nomini sacras. Neque desunt Monasteria hujus nominis. *Velserus* alicujus Augustæ positi meminit. *S. Martini in Insula* Monasterium apud *Ubios*, quod *Brunonis I.* temporibus suis e cineribus excitari cœpit, sæculo nono medio *Cloniensi* Ecclesiæ *Hilduinum* Episcopum dedisse videtur: Certe dubitari non potest, quin hoc Monasterium *Pippini* temporibus extiterit. Quare, si liberet, possemus, cum *Pagio*, negare *Victerbum Ratisponensem* fuisse Abbutem *S. Martini Turonensis*, cum alia hujus nominis Monasteria fuerint, ubi Abbas esse potuerit. Adeò si diceremus, ubi in additamento ad *Massiacense* chronicon legitur; *Victerbus Episcopus & Abba S. Martini*, legendum esse *Victerbus Episcopus & Abba S. Emmerammi*, nihil diceremus, quod a vero alienum videatur. Nam ex facili pro *S. Emmerammi* scribi potuit *S. Martini*, præsertim cum hujus sancti nomen illo esset multo magis notum. Certe *Victerbum* fuisse *S. Emmerammi* Abbatem, est extra omne dubium positum. Quia qui *Ratisponæ* Episcopus erat illis temporibus, idem erat ad *S. Emmerammum* Abbas, quod jam supra advertimus. Ad *Andagarium* quod attinet eosque, quos *Radulfus Musnerius*, *S. Martini* Canonicus, recenset sui Monasterii Episcopos, aggrederer lubens, si hujus Scriptoris opera præesto essent. Neque enim dubito, quin ita comparati sint, sicuti *Victerbum* comparatum ostendimus. Sanc Abbas *Herveus* & Fratres Capituli majoris Monasterii in Epistolis MSS ad *Philip-pum* Archiepiscopum *Coloniensem* sæculo XII. exaratis Monasterii *S. Martini* antiqua & nova ornamenta recensentes, de Episcopali dignitate ante annos cen-tum huic Ecclesiæ annexa altum silent, unum hoc scribentes: *Tanta est enim Episco-pus Ecclesiæ hujus nobilitas, ut non solum prærogativa singulari Patroni p[re]sentis emi-p[ro]prium pro-neat, sed prædiis amplissima possessionis & privilegio libertatis. Soli enim Romane subiecta Ecclesiæ, nulli alii est vel terrena vel Ecclesiastica obnoxia potestati. Philip-pus Decanus, Rainaldus Thesaurarius totumque Capitulum *B. Martini Turonensis* in literis ad eundem Archiepiscopum Philippum ne verbum de eadem dignitate faciunt, cum sui magnificientia illustrare & Pauperis immo jam divitis Martini gloriam commendare vellent. Descriptis initis & incrementis Ecclesiæ celeberrimæ sub Mo-nachis, ita prosequuntur: multis post hac annis evolutis mutationem ordinis & consue-tudinis passa est; & pro Monachis, vel propter inertiam vel propter frequentantium inquietudinem regulam suam integre non prosequentibus, Canonici a Principibus terra substituti sunt, trecentis que tunc temporis erant prebendis ad numerum centum quinquaginta re-strictis & ad temperandum laborem illum fastidiosum & intolerabilem, iuges illæ & interminabiles psallentium alternationes ad certas & discretas, sicut in aliis fit Ecclesiis horas distinctæ sunt. De redditibus autem & Thesauris ipsius Ecclesiæ pars maxima decisa est; de quatuor congregations, quæ ad Canonicorum arbitrium subvenirent, constructæ & ditatae sunt. que omnia hodieque in Christi nomine perstant. Hæc au-tem non tam humano sensu, quam Divina ordinatione videntur esse disposita, ut Mar-tinus omnium ordinum, qui in Laicali miles, in Religioso Monachus, in Cle-ricali Archiepiscopus, multis auctus meritis Deo gradum perficiente servierat, ipso Deo servitium ejus recompensante & ab omni æque gradu in civitate sua multimodam & perpetuam venerationem haberet. Et cum modicum quod gloriemur, non in no-bis, quia non expedit, sed in gratia beneficiorum Dei, si de amore Patroni, quod ta-*

*Facultas  
Ecclesiæ hujus nobilitas, ut non solum prærogativa singulari Patroni p[re]sentis emi-p[ro]prium pro-neat, sed prædiis amplissima possessionis & privilegio libertatis. Soli enim Romane subiecta Ecclesiæ, nulli alii est vel terrena vel Ecclesiastica obnoxia potestati. Philip-pus Decanus, Rainaldus Thesaurarius totumque Capitulum *B. Martini Turonensis* in literis ad eundem Archiepiscopum Philippum ne verbum de eadem dignitate faciunt, cum sui magnificientia illustrare & Pauperis immo jam divitis Martini gloriam commendare vellent. Descriptis initis & incrementis Ecclesiæ celeberrimæ sub Mo-nachis, ita prosequuntur: multis post hac annis evolutis mutationem ordinis & consue-tudinis passa est; & pro Monachis, vel propter inertiam vel propter frequentantium inquietudinem regulam suam integre non prosequentibus, Canonici a Principibus terra substituti sunt, trecentis que tunc temporis erant prebendis ad numerum centum quinquaginta re-strictis & ad temperandum laborem illum fastidiosum & intolerabilem, iuges illæ & interminabiles psallentium alternationes ad certas & discretas, sicut in aliis fit Ecclesiis horas distinctæ sunt. De redditibus autem & Thesauris ipsius Ecclesiæ pars maxima decisa est; de quatuor congregations, quæ ad Canonicorum arbitrium subvenirent, constructæ & ditatae sunt. que omnia hodieque in Christi nomine perstant. Hæc au-tem non tam humano sensu, quam Divina ordinatione videntur esse disposita, ut Mar-tinus omnium ordinum, qui in Laicali miles, in Religioso Monachus, in Cle-ricali Archiepiscopus, multis auctus meritis Deo gradum perficiente servierat, ipso Deo servitium ejus recompensante & ab omni æque gradu in civitate sua multimodam & perpetuam venerationem haberet. Et cum modicum quod gloriemur, non in no-bis, quia non expedit, sed in gratia beneficiorum Dei, si de amore Patroni, quod ta-*

men absit fallimur, libere afferimus, quod nulla Civitas alicui sancto affectuostus, quam Turonis Martino suo deserviat; nullus sanctus Martino sedulus, ut experientia docente addiscimus, Civitatem suam visitet & defendat; itemque quod in nulla urbe Christiani orbis quilibet Sanctorum unustam divites quam nobiles duas simul habeat Ecclesias; quarum altera est majus Monasterium florigerum Monachorum fovenas Collegia; altera ista nostra claro cleri conventu spectabilis; quae ad distinctionem aliorum minorum nominis ejus in circuitu nostro positarum S. MARTINI DIVITIS IN CASTRO NOVO appellatur. Illa religione & pauperum eleemosinis, hac signorum privilegio & divitiarum gloria, sicut vos in Epistola quoque vestra benevolentissime attestamini, incomparabiles. Erat hic, erat in sequentibus, plures enim sunt & amplissimæ Epistolæ, de Episcopali axiomate cathedraque ante annos octoginta aut nonaginta in B. Martini cœnobio adhuc splendentibus loquendi locus opportunissimus. Ejus ne verbulo mentio fit; quod mihi argumento est, ignotum adhuc fuisse illis temporibus editam a Mabillonio & reascriptam a Marteno Gregorii V. Bullam in qua statuitur, ut in collegio Canonicorum S. Martini Turonensi liceat habere Episcopum, sicut a priscis temporibus fuit, per cuius prædicationem (scilicet inter innumeros ejus loci Canonicos nemo erat, qui prædicare aut Religionis ergo peregrinantibus sacramenta ministrare posset) populus, qui a diversis regionibus devotamente quotidie ad sancta ejusdem Confessoris Christi Monasterii limina concurrit, remedia percipiat a Creatore animarum. Et quando Episcopus præfati Sancti loci de hoc saeculo migraverit, & alius ab Abate (unde Abbes saeculo X adulto in Canonicorum collegiis?) necnon eadem congregazione religiosus (& hæc vox pro Canonicis insolens) electus fuerit sine qualibet controversia, ne prolongitudo itineris ob sit, a vicinis episcopis, sicut mos extitit, ordinetur. Fuit item ignota Urbani summi Pontificis bulla, quam Martenus adversus me & Advocatus Sanctimonialium Compendiensium aduersus Illustrissimum Sueffionensem summa confidentia laudant. Eam, quia apud unum Baronium legitur, operæ pretium est rescribere;

*Urbanus Episcopus servus servorum Dei Universis Sanctæ Ecclesiæ filius Salutem & Apostolicam Benedictionem.*

**N**otum fore volumus tam futuris, quam presentibus, quoniam bonum omnium largitor Deus devotionem nostram ad Beati Martini tumulum visitandum sua miseratione perduxit. Quia vero in ejusdem beati Confessoris Ecclesia quedam inoleverant, qua in melius promovenda salutis falce extirpanda videbantur, nos per Septem dies & eo amplius immorati, medicinam animarum, frequentius inter eos intrantes & exentes eis impertivimus, & nobis in omnibus obedientes & benevolos Deo inspirante, & in eis cooperante nobiscum experti sumus. Sed quoniam ad nostras aures pervenerat, quod legatos Romanae Ecclesiæ suscipere cum processionis benignitate supersederant, neque etiam eis, videlicet legatis auctoritas hujus Ecclesiæ per notitiam privilegiorum ejus innotuerat, succensimus, & graviter eos increpavimus, cur tantam inobedientia offenditatem incurrerant. Illis itaque humiliter nobis scripta Patrum nostrorum Romanorum Pontificum precedentibus, diligenter attendimus eorum privilegia, Et quia præter Apostolicum, & Regem, & Turonensem Archi-Episcopum semel in Vita sua, neminem ad processionis susceptionem admittebant, studiose notavimus, nostris Cardinalibus Zeuzone, Alberto, Gregorio Pappiensi, Bausgerico, & Hugone Lugdonensi Primate, & aliis jam Episcopis, quam aliarum dignitatum personis

præ-

præsentibus Brunone Signiensi Episcopo & Ingelramo Suectionensis Ecclesiae Archidiacono. Porro nos tanta auctoritate refecti, eorum antiquam consuetudinem, eorum scriptis suffragantes, auctoritate nostra corroboravimus in præsentia nostrorum predicatorum fratrum. Et quia filius noster Amatus Burdegalensis Archiepiscopus unus erat de legatis Romanae Ecclesie a Gregorio septimo predecessor nostro in Galliam destinatus, non ab hac Ecclesia processionis solennitate suscepimus, unde etiam graviter contra eosdem clericos commotus, in Exculdunensi Concilio eos excommunicatione perfoderat: eum in concordiam & pacem eorum reformativimus. Neque eos ad ullam satisfactionem, quia auctoritate pollente sese munierant, compulimus, neque qualibet pro tali excessu absolutione purgandos censuimus. NB. Siquis sane in crastinum Cardinalis, aut Legatus, aut Episcopus aut quilibet a nostro laterem missus hanc nostræ confirmationis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, at nostram perfringens auctoritatem processionem ab ipsa sancti Confessoris Ecclesia expetierit, si commonitus non desiterit, potestatis honorisque dignitate careat, reumque se Divino iudicio existere de perpetrata presumptione cognoscat. Cunctis autem ista servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi Amen. Amen. Amen. Datum Turonis Castello S. Martini per manum Joannis sanctæ Romanae Ecclesie Diaconi secundo Idus Martii Indict. quarta, Anno Dominicæ Incarnationis M XCVII. Pontificatus autem Domini Urbani secundi Papæ nono.

Hac in Bulla ne verbum quidem est, quod innuat, fuisse in eo aliquid, ostendit quod ageret de facultate proprium Episcopum habendi. Attamen eo loco ubi <sup>Bullam Urbam</sup> NB. lectoris attentionem provocat, sequens periodus, quam inde hoc loci studio transfero, legitur: Denique quoniam in quibusdam sue Ecclesie privilegiis proprium eis inter habere Episcopum concessum est, ejus vice nos Romano eos sancimus specialiter adhaereere Pontifici & graviores eorum causas ejus pendere iudicio. Atqui in haec verba digitum intendit Martenus cum Advocatis Compendiensibus. Verum quis sibi persuadeat, ea unquam fuisse in genuina Urbani II. Bulla? Primo, ut legenti patuit, possunt abesse quin rerum nexus abrumpatur, non possunt autem inferi, quin abrumpatur. Nam quæ sequntur, ea cum superioribus naturali nexu ligantur, haec autem verba si inferas et inter se abrumpuntur & cum iis nulla rerum connexione sociantur. Adhaec si fuissent in autographo, cur fulmina Apostolica iis tantum intentantur, qui processionem ab ipsa sancti Confessoris Ecclesia expetierint? Cur non & in eos stringantur, qui obstaculo fuerint, quominus Turonenses Canonici Romano specialiter adhaereant Pontifici? Poscebat istud bullarum pontificiarum illa ætate habitus. Cur tanta mutatio (eam enim maximam esse, qua alicui Ecclesiæ facultas proprium Episcopum habendi adimitur, nemo negat) cur inquam mutatio tanta tam nullo apparatu absolvitur? Cur tam exilibus verbis, tam Laconico sermonis ambitu Ecclesia Turonensis sedi Romanæ subjicitur? Alia erat exemptionum concedendarum ratio, alias illa ætate privilegiorum hujusmodi stylus. Conferat mihi quis aliquot seculi XI. præcipitis privilegia cum hac periodo, spuriam esse patebit atque tam parco verborum ambitu conclusam, quo parvitate sua lateret securius & criticorum oculos falleret certius.

Et vero unde illa Facultas Episcopum peculiarem pro lubitū eligendi sibi constitueret? A Romanis ajunt Pontificibus. Scilicet id credibile cuiquam videtur, quod summus Pontifex summos Sacerdotes, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo, subjecerit Decano, pugnat qui ipsis obnoxius est, & posthabita Pontificum dignitate, incluserit in Monasterio; quæ isthæc ordinatio Episcopi? non quem Clerus aut Populus, sed sticæ discimus quem plena.

quem Decanus aut Canonici Collegiatæ voluerint esse Pontificem, ejus ordinationem non Metropolitanus aut Provinciales Episcopi perfecerint, sed quos Decanus optaverit, cuius jurisdictione sit non in Ecclesiam Dei, aut portionem aliquam, in Civitatem nempe aliquam, cuius habendi Episcopum Concilia fecerint, sed in Monasterium, si tamen in Monasterio, cum omne regimen & omnis administratio non ex Episcopi, sed ex Decani nutu & arbitrio omnino pendeat, & Episcopi potestas & omnis institutio sit ad ordinandos forte aliquot Canonicos, ad altarium Monasterii consecrationem & chrisma in Monasterio faciendum aut ad praestandum ea, quæ quilibet Presbyter præstare potest. Nulla ratio finit, inquit S. Leo, ut inter Episcopos habeantur, qui nec a Clericis sunt electi, nec a plebis sunt expetiti, nec a Provincialibus Episcopis cum Metropolitanis iudicio consecrati: unde cum sepe quæstio de male accepto honore uscatur, quis ambiget, nequaquam esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum.

*Dionysiani Monachis non habuerunt Episcopum proprium.*

Inter Monasteria, qui Episcopos proprios habuerint, quibusque eos habendi facultas a Romana sede collata sit, Sandionysianum ab Adversario laudatur. Provocat ad Stephani III. atque Adriani I. Paparum Bullas, a quo haec eximia facultas profecta sit. Stephaninæ ipse mentionem feceram: sed ita, ut quivis emundatæ naris advertere posset, non esse eam mei palati. Unus Martenus id advertere noluit eamque nunc cum Adriani Bulla ita laudat, quasi mihi genuinæ viderentur. Verum nec mihi unquam, nec pluribus aliis visæ sunt genuinæ. Eas iisdem omnino, quibus ego Turonenses, momentis impugnat *Gerardus* *Discept. I. cap. I.* *Boscus* in *Historia Ecclesiæ Parisiensis*; quibus alia subinde haud minoris ponderis addit. Scilicet Stephaninam ediderunt Dubletus, Sirmondus in collectione Conciliorum ac deinde Mabillonius saeculo III. Benedictino. Sirmondi editio a Mabillonio multis capitibus differt. In Mabilloniana comparet paradoxa illa Episcopum proprium habendi facultas; in Sirmondiana desideratur. Utra editio melior? utra sincerior? Non reperit eam Sirmondus in manuscriptis, & quanquam in Dubletiana editione haberetur, Vir optimi judicii supprimendam esse, tanquam spuriam, existimavit. In annis Constantini, qui ad calcem bullæ leguntur, Cointius errorem advertit. Est quoque error in annis filii ejus Leonis, cuius non quartus sed sextus anno DCCLVII volvebatur annus. Indictio denique in mendo cubat, ipso fatente Mabillonio. Hadriani Papæ Bullam ediderunt Dubletus in antiquitatibus Dionysianis & Sirmondus in Collectione. Ille testatur, se suam ex corticeo exemplari rescriptissimè: Mabillonius contra assentit editionem Sirmondi autographo consonam esse. Quot ergo autographa hujus instrumenti extant? Sirmondi enim editio multum a Dubletiana differt. Sirmondus legit: *Quia postulaftis a nobis, quatenus privilegium, quod predecessoris nostri sanctæ recordationis Stephani junioris Papæ in predicto Monasterio vestro Apostolica ejus sanxit auctoritas &c.* Contra Dubletus: *Quia postulaftis a nobis quatenus privilegium nostræ Apostolicae dignitatis concederemus &c.* Dubletus: *Ut nemo Episcorum Provincialium de prefato venerabili Monasterio vel de cellis, Ecclesiarum ve titulis, seu oraculis sub ditione ejus constitutis pro quacunque exquisita re agere, aut distingere, aut ad se Presbyteros convocare presumat.* Sirmondus: *Ut nemo Episcorum Parochianis in prefato Monasterio, in cellis, Ecclesiis vel titulis, seu oraculis sub ditione ipsius constitutis, ordinationes facere, sive pro chrismate confiando, aut quacunque exquisita re agere aut distingere vel ad se Presbyteros convocare presumat.* Et tamen desumpta esse haec inter se pugnantia ex autographo nobis persuadere volunt Mabillonius & Dubletus: Quidni igitur autographi specimen Operide re Diplomatica insertum est: Secundum Dupleti corticum exemplar data est *Maginario* Abbatii Dionysiano postulanti anno primo Pon-

*Nam Stephani III. & Adriani I. Bullæ sunt suppositæ.*

Pontificatus Hadriani. At Fulradus cui Maginarius successit, obiit anno DCCLXXXII. annus autem Hadriani primus, in annum DCCLXII, incidit. Adhac indicio in mendo cubat, nam eo anno decima numerabatur.

Neque hic sistunt qui rem penitus examinatam volunt: alia atque alia cumulant quibus Episcopos proprios Dionysiano Monasterio proturbent. Defeccent Monachi a pristino instituto in Canonicorum ordinem transgressi. Id cum Inchadus Parisiensis Episcopus non ferret, conquestus est hac super re in Syntodo Parisiensi anni DCCCCXXIX. Ut coerceretur, potestas Imperatoris cum a Patribus tum ab Hilduino Abate Dionysiano, qui Patrum votis favebat, invocata. Cognitionis instituendae Senonensi Remensisque Metropolitis eorumque Suffraganeis Provincia demandata. Hi re attentius expensa, agnoscent ordinem viguisse in Monasterio usque ad Ludovici Pii imperium & Hilduini praelationem, cui rei manifesto indicio sint Regum antiqua & moderna precepta, Episcoporum privilegia ac fidelium donationes. Nulla hic Pontificiarum literarum mentio: ea haud dubie de causa quia Stephani III. & Hadriani I. diplomata necdum procula erant.

Verum aliud est hic observandum: auctoritate Episcoporum & Imperatoris potestate restituta est disciplina, contumacibus Monachis nequicquam apud Imperatorem reclamantibus. At, si Dionysiani Episcopum proprium habebant, ubinam gentium erat, cum haec causa agitaretur? nullum illius neque in synodo Parisiensi, neque in conventu Dionysiano vestigium. Si res suas ab Episcopi Parisiensis aliorumque jurisdictione sejunctas habebant, uni, quod bullæ præferunt, Romani Pontifici obnoxii; qui factum est, ut ad Episcopos causa deferretur; ut hi cognoscerent, statuerent, sententiam ferrent? ut Monachorum alii obtemperarent; contumaciores, non ad summum Pontificem, sed ad Imperatorem se converterent? An haec tulissent, an fecissent, si bullas controversas perspectas habuissent?

Erchanrado juniore Episcopo Parisiensi mortuo Clerus Matris Ecclesiae Parisiorum, ita præfert inscriptio Epistolæ ad Wenilonem Archiepiscopum Senonensem, & fratres cœnobii S. Dionysi & S. Germani & B. Genovefæ ac Fossatensis, diversorumque Monasteriorum unanimitas alium elegerunt Episcopum. Unde Monachis Dionysianis in Electione Parisiensis Episcopi paria vota & suffragia, si illi non suberant, si proprium habebant? Jus eligendi ab onere & necessitate parendi initium habet. De Hincmaro Remensi Archiepiscopo, quires Dionysianas perspectas habuerit, dubitari non potest. Erat is Monachus ad S. Dionysium cum Hilduinus Abbas in Saxoniam exulare iussus. Erat ei summa familiaritate conjunctus, quare exulem comitari statuit: id vero qua ratione factum docet Flodoardus: scilicet PER LICENTIAM PROPRII EPISCOPI & benedictione fratrum illum secutus est in exilium. En tibi Hincmarum ab Inchado Parisiensi Episcopo, tanquam a proprio, facultatem exeundi Monasterio petentem. Audiamus eundem de sua in Remensem Archiepiscopum electione verba facientem: A Clero & plebe ipsius Metropolis, sed & ab Episcopis ejusdem Provincia petitus & ab ARCHIEPISCOPO tunc MEO (Senonensi) & PROPRIO EPISCOPO (Parisensi) necnon & a coëpiscopis ipsius Provincia, secundum Laodicense Concilium, cum consensu Abbatis mei & fratrum Monasterii, in quo degebam, Episcopis Remensis Provincia & clero ac plebi ipsius Metropolis per Canonicas literas traditus, & cum decreto canonico vel consensu omnium Suffraganorum ipsius Metropolis, & a METROPOLITANO MEO, qui me illis tradiderat, sum in eadem Ecclesia. . . . . ordinatus. Flodoardus, ne quicquam dubitationis

Deinde  
Dionysia-  
nos fuisse  
Episcopo  
Parisen-  
sis obnoxios  
exempla  
docent.

Patet id  
ex restitu-  
ta per epis-  
copos disci-  
plinâ mo-  
nastica.

Item ex  
eo, quod  
Sancto Dio-  
nyziani in  
electione  
Parisien-  
sis Episcopi  
habuerint  
suffragia.  
Denique  
ex Hinc-  
mari ver-  
bis & ge-  
stis.

Lib. 3. c. 1.  
Hincm.  
Opuscul.  
19.

superet, etiam audiendus: *Igitur a clero & plebe ipsius Metropolis, necnon ab Episcopis ejusdem provinciae, Archiepiscopo Senonensis Ecclesie Wenilone atque ERCAMARADO PARISIENSI EPISCOPO ANNUENTE cum consensu Abbatis sui, & fratum Monasterii S. Dionysii, in quo degebat, favente quoque Carolo Rege, Hincmarus electus est.* En Pontificum Parisiensium in Monachos Dionysianos potestatem, en Monachorum in Parisienses Episcopos reverentiam obedientiamque. Haec autem cum attendimus, an vel per somnum nobis persuadere possumus, Dionysianos habuisse proprium sui Monasterii Episcopum, non fuisse obnoxios Parisiensi, extitisse his temporibus Stephani III. & Hadriani I. quibus haec ornamenta describuntur, paradoxa diplomata? non possumus?

*Episcopo-  
rum San-  
Dionysia-  
norum  
nullamen-  
tio in actis  
publicis.*

*Acheri  
Spicil.  
tom.4.  
Miracul.  
l. 1. c. 6.*

Addamne horum Episcoporum nulla acta, sed ne nomina quidem cognita? eorum nullam in actis publicis mentionem, nullam in antiquis auctoribus veteribusque & probatis monumentis memoriam, nullum nec in conciliis nec in eorum subscriptionibus vestigium? eorum denique nulla Ecclesiaturum, ne ipsa quidem Ecclesiae Dionysianae tabularia meminisse? Nam quod *Turvoaldum* Martenus producit in eo frustra est. Florebat is ante Hadrianum I. & Stephanium III. nihil itaque ab eo horum bullis momenti accersi potest. Deinde Episcopale *Turvoaldi* nomen, quod supra videbamus, inde erat, quod Episcopus Parisiensis fuisse, antequam ad S. Dionysium secederet. Ita ipse docet *Mabillonius*. *Godofredum* in indice Monachorum Dionysianorum indicatum, & *Heribertum* ex Miraculis S. Dionysii productum, Episcopos negat nemo, sed Episcopos, qui abdicato munere & sede sua, ut liberius Deo vacarent, *huc confugerint*: quare frustra assumuntur in argumentum. Neque si horum duorum, nam plures non indicant, sedes ignoraretur, inde quicquam pro Episcopis S. Dionysii emolumenti. Scilicet, ut *Boscii* verbis concludam, si in Monasterio S. Dionysii, addo ego si in *Turonensi*, in *Maurbacensi*, in *Cel-lensi*, in *Stabulensi*, aliis, fuissent sui Episcopi, hoc, quod gravissimum est, non dubius chartis, ambiguisve argumentis, sed certis indubitatissime momentis propugnare oporteret, & rem adeo contrariam Ecclesiasticae disciplinae apertis invictisque rationibus approbare. Est enim istud attendendum, ne quod *Lullus* de nescio quo epistola inter Bonifacianas 45. scribit, *SUBITO EX IMPROVISO, VELUT NOVA PHANTASMATA, EPISCOPI APPAREANT.*

### C A P U T III.

*Stabulenses non fuerunt ea Immunitate donati, qua Episcopos  
proprios ferre possent.*

*A defectu  
in muni-  
tatis mo-  
nasterio-  
rum Epis-  
copi exau-  
ctorantur.*



Nter alia argumenta, quæ *Boscus* adhibet, ut Episcopos Dionysianos in ordinem redigat, non est istud postremum, quod S. Dionysii Monasterium non fuerit absoluta immunitate præditum. Neque vero potest illi quicquam opponi. Si enim Dionysiani Parisiensi, si Malmundarienses Colonensi, Stabulenses Leodiensi fuerunt Episcopis obnoxii, patet illico non habuisse Episcopos proprios. Nam Monasterium, quod suo proprio subest Episcopo, a quavis alia Diœcesi sejunctum est & peculiarem quodammodo constituit, quæ rationes suas a cuiusvis alterius Episcopi jurisdictione sejunctas habet. Et hoc ego sum argumento ita usus, ut Martenus, qui hoc facto illius pondus agnoscit, unum hoc contendat, Stabulenses & Malmundarienses plena & omnibus numeris absoluta gavilos fuisse potestate. An recte contendat nunc expendendum,

Et

Est hæc de Immunitate Stabulensi controversia superiori sæculo summa contentionem Romæ agitata. Post multas alias, tandem ea lata decretoria, Stabulenses Leodiensi Episcopo obnoxios esse fuisseque semper, & quod in immunitate consequitur, Colonienti Malmundarios. Neque dubito, quin utriusque <sup>Roma Stabulensis</sup> tatem ad loci Ascetæ, pro ea, qua S. Rotam prosequuntur, reverentia, illi acquiescentes, ex æquo & justo judicatum arbitrentur. Tantum abest, ut suspicer eos conatus Marteni probare, qui illam aperte impugnat atque impugnando cum Leodiensi & Colonienti jura, tum Romanorum judicum scientiam atque æquitatem luce palam aggreditur. Unus Martenus hic auctor est, & si, quod arbitror, peccatur quicquam, unus peccat. Interim quando a S. Rotæ sententia tam aperte recedit, expectabit unusquisque, ut eas suæ rationes afferrat, quæ ipsum a temeritatis nota absolvant: nam sine idoneis rationibus qui pugnat, temere pugnat. Exemptionis plenæ atque perfectæ, quia quæ præter Canones sunt, non præsumuntur, fundamentum ponere solent Privilegia Apostolica. Exhibuerunt Stabulenses sacrae Rotæ quatuor. Vitaliani primum, Leonis III. alterum, tertium Innocentii II. quartum Leonis IX. Tria prima semel & iterum explosa sunt iisque fides omnis & auctoritas abjudicata: <sup>Explosæ Bullæ eorum.</sup> quartum parum ad rem facere pronunciatum. Eisdem ego Bullas partim rescripsi, partim excerpti & quia Romæ fere fuerant impugnatæ argumentis ex <sup>Eas non</sup> Juris consultorum regulis petitis, ex Historia paucula addidi, nam in re plana multis non indigebam. Quid ad hæc Martenus? alias super quibus aedificet non habet. Attamen ad has propugnandas, ne aggredi quidem ausus est. Adeo ne earum quidem mentionem facere sustinuit; tam erat illi manifestum, propugnari non posse: tam erat solitus, ne causæ, quam propugnat, patret infirmitas, si cogeretur fateri, nullo eam Privilegio Apostolico firmari. Igitur est nunc istud in confessio, nullum ei esse fundamentum super quo immunitatem Stabulensem, quam omnimodam propugnat, aedificet. <sup>est ausus defendere Martenus</sup>

Cum bullæ Pontificiæ genuinæ & instituto idoneæ exhibitæ sunt; sequitur ut eas usu & consuetudine receptas esse ostendatur: nam si nunquam in usu fuerunt, antiquatae sunt; cum Privilegium non utendo amittatur. Quare si hoc a Marteno non est ostensum, si omnia quæ produxi Episcopalis potestatis superantia jam inde ab initio in nostris Monasteriis vestigia quæque produci possent, non sunt inducta, vel si genuina exhibuisset privilegia, in immunitate omnimoda propugnanda frustra fuisset. Jam vero si ne ea quidem induxit, de ejus sententia quid sentiendum sit, est proclive statuere. Multa pollicetur capitii III. titulus; ita enim habet: *Roderici adversus plenam Stabulensis & Malmundariensis Monasterii exemptionem rationes penitus dissipantur.* Sed pollicetur solummodo: fidem non exsolvit.

I. *Ad afferendam, inquit, Colonienti Archiepiscopo in Malmundarienses jurisdictionem* <sup>Graviora quibus</sup> *hic citat Rodericus Hildebaldi Colonensis antistitis verba ex Actis Translati-* <sup>Stabulensis</sup> *onis. Quirini a nobis editis tom. III. Anecd.* „Est in Partibus nostris locus quidam, <sup>um immu-</sup> cui Malmundarium inditum est nomen a fundatoribus. In margine e regione hujus loci legitur: Prima Roderici ratio refellitur. Rationum mearum numerum & ordinem haud dubie tam religiose computat Adversarius, ne aliquam præteriisse aut dissimulasse videatur. Sed id ego semper monitus sum, quo quis plura majoraque præ se fert, eo magis dubitandum an præstitus sit: quæ Magistrorum mearum regula in Marteno non fallit. Rationem ego primam a defectu Privilegiorum petieram. Alteram ita evolvebam: *Circiter annum 655 perfectæ erant utriusque cœnobii Ecclesiae; Stabulensem Remaclus* (qui tunc erat Episcopus Leodiensis, qua in Diœcesi Stabuletum positum est) <sup>O dedi-</sup>

*dedicavit. Dedicavit item Malmundariensem : sed ad hanc, quod ipse Martenus in Observationibus præviis his verbis testatur, EXPECTANDUS FUIT S. CUNIBERTI METROPOLITÆ IN CUJUS DIOECESI SITA ERAT, CONSENSUS.* Hæc Col.ampl. tom. II.

*erat ratio ordine secunda, qua ex ipsis Adversarii verbis Colonensium Antistitum in Malmundariense cœnobium jura adtruebam Episcopalia, & proinde ostendebam, Malmundariensem Stabulensemque exemptionem non fuisse numeris omnibus absolutam. Tertiam rationem petebam ex Anonymo Stabulensi, qui sæculo IX. vitam S. Remacli scripsit, a Mabillonio in Actis editam. Sunt mihi ejus verba denuo rescribenda, vereor enim, ut ea unquam rescribat Adversarius : Cum, inquit Anonymus, adesset tempus, ut Ecclesiæ (Stabulensis & Malmundariensis) dedicarentur mittens prefatus Rex (Sigibertus) ad B. Remaclum Episcopum, quia alterum eorum, id est Stabulaus, ad ejus pertinebat Diaœcis, alterum vero, id est Malmundarium, quia Metropelim respiciebat, CUM CONSENSU Cuniberti, qui erat Metropolitanus Agrippinae, evocavit eum, ut sicut conveniebat ejus ministerio, eas dedicaret. Hoc testimonio videbar mihi nihil ponderosius afferre potuisse. Pag. 13. aliud haud minoris momenti addebam ex Charta restitutionis Villæ Germiniaci a Marteno editæ, cuius hæc est subscriptio : Ego Obertus gratia Dei Leodiensis Episcopus, petitione Domini Abbatis (Stabulensis) Folmari & Fratrum, quia meæ Diaœcis sunt, hanc chartam in synodo mea, ut debui, confirmavi. Quid ad hæc Martenus, qui simulat se argumenta mea ordine impugnare ? qui pollicetur, se omnia & singula dissipaturum ? Vide, quam religiose fidem exfolvat. Tacet, præterit, dissimulat. Diceres ea a me nunquam scripta fuisse, ita altum super iis filet silentium. Attamen non ego illud admodum reprehendo. Est enim mihi perinde, an tacendo, an male respondendo rationum mearum pondus augeat. Certe harum pondus ita silendo auxit, ut dubitari nequeat, quin ideo præterierit, quia nullis artibus eludi aut elidi possunt. Quare si rationes reliquas, quas attuli, penitus dissipasset, nihil inde meæ sententiæ decederet : ejus enim veritas ex superioribus abunde elucescit. Sed tamen, neque eas dissipavit, quas oppugnandas suscepit. Nam, ut inde initium faciam, ad Hildebaldi Colonensis verba supra recitata quod attinet, ridet quidem interpretationem meam, sed inani cachino ridet.*

*Col.ampl. tom. II.*

*& confir-  
mat dissi-  
mulando.*

*II. Quid, inquit, inde consequitur quod Malmundarium in Partibus Colonensis bus, id est Diaœcesi Colonensi, positum sit ? Nihil prorsus ; cum nullum hodie sit Monasterium, qualibet etiam immunitate decoratum extra omnem Diaœcis possum ; nullum quod non contineatur intra alicujus Provinciæ fines. Fallitur hic religiosus Vindex. Nam inde, quod Monasterium positum sit in aliqua Diaœcesi, consequitur, ejusdem Diaœceseos esse, dum contrarium idoneis momentis demonstretur. Est hoc axioma in omni Jure receptum. Harigerus, post Notgerum, scribit S. Remaclus, Malmundariensi cœnobio extructo, quia in Colonensi Parochia fuerat fundatum, ad aliud, quod suæ Dioecesis limite clauderetur, se contulisse construendum, Stabulense nimirum. Qui secundum Marteni regulas rationes subducere vellet, neque in his verbis quicquam adverteret, unde Stabuletum Leodiensis, Malmundarium Colonensis Parochiarum esse colligeret. Sed quis tam est hebeti acie, ut non videat S. Remaclus, animadverso Malmundariense cœnobium Colonensis Diaœcesis esse, Colonensi Episcopo subesse ; ideo Stabuletum in Leodiensi parochia extruxisse, ut ad eam pertineret, ut ab ejus Episcopo leges acciperet ? Ita quoque accipienda sunt verba Hildebaldi, quem scriptor Malmundarius, unde ea sumsi, nostrum Colonensem Patrem nuncupat, nulla alia hercle de causa, quam quia Mal-*

*aut male  
confutan-  
do.*

*Chapea-  
vill. tom.  
pag. 93.*

*Stabulen-  
ses sunt in  
& de Diaœ-  
cesi Leo-  
densi.*

*dis-  
sipa-  
sset, nihil inde meæ sententiæ decederet : ejus enim veritas ex superioribus abunde elucescit. Sed tamen, neque eas dissipavit, quas oppugnandas suscepit. Nam, ut inde initium faciam, ad Hildebaldi Colonensis verba supra recitata quod attinet, ridet quidem interpretationem meam, sed inani cachino ridet.*

mundariensis Monasterii Episcopus Diœcesanus esset, neque ullo alio significatu, atque si eum nuncupaslet *nôstrum Episcopum Diœcesanum*.

Quod subdit, nullum hodie Monasterium extra omnem Diœcesin positum esse, nihil ad rem facit & negatur a nonnullis. Nonne Fulenses Romæ contendunt, se *exemptione*, quam vocant, *nativa exemptos esse*, quia eorum Monasterium initio in loco constructum fuerit, qui ad nullam Diœcesin pertinet? Nonne Fridericus Schannatus, cuius triumphos tantopere extollit Martenus cum in Diœcesi sua, tum in Vindiciis viribus omnibus contendit, hoc Monasterium nullo tempore in aliqua Diœcesi positum fuisse? Adeo, et si id verum non est, lectoribus persuadere conatur suis in Vindiciis, hac, inter alias, de causa Romæ a Fulensis sententiam latam. Hæc ignorare non decebat Martenum; multo minus his opposita scribere. Id enim dum fecit, erecta a se CL. Schannato trophya evertit.

III. Ex codem Scriptore, unde Hildebaldi Archiep. Colon. verba petieram, *Malmundarienses* observabam, Herimannum Colonensem item Archimystam, *Coloniensi* per omnes Parochias sue ditioni subjectas triduanam abstinentiam omnibus indixisse. Quod cum Auctor noster Malmundarius scripsisset, subdit: *Quia ergo Abbatia nostra ad ejus Diœcesin pertinet studuimus & nos idem agere*. Videbantur mihi hæc luce meridiana clarius demonstrare, Malmundarium ad Colonensem Diœcesin pertinere atque inter loca Herimanni Archiepiscopi ditioni subjecta numerandum esse. Idem arbitror cordato cuivis & latine intelligenti partiumque studio experti videbitur. At Martenus, hominum diversa capita & inde diversas sententias mirare, contraria omnia his ex verbis eruit. Dicto, Abbates exemptos, quoties Diœcesanus suis subditis publicas supplicationes indicit, easdem suis imperare subditis, prosequitur: *Cum vero Malmundariensis Monachus dicat: QUIA ERGO ABBATIA NOSTRA AD EJUS DIOECESIN PERTINET STUDUIMUS ET NOS IDEM AGERE: idem est, ac si diceret: & quia in ejus constituti sumus Diœcesi, Abbas nostra jussit, ut idem ageremus*. Præclaram interpretationem! Ergone idem est *ad aliquam Diœcesin pertinere, alicujus Diœceseos esse*, atque *in aliqua Diœcesi constitutum esse?* Quo Calepino hæc interpretatio adstructetur? Quid hac ætate exempti Abbates factitent, nihil ad saeculum XI. Ideo Malmundarienses Herimani Archiepiscopi legibus & mandatis sese attemperarunt triduanum jejuniū ventri indicendo, quia *ad ejus Diœcesin pertinerent*: quia ne per somnium quidem veneratiis in mentem, se ab Archiepiscopi Colonensis legibus & imperio absolutos esse;

IV. Consecrationes Altarium aut Ecclesiarum diversas diversis temporibus ab Archiepiscopis Colonensis Malmundarii, ab Episcopis Leodiensi- bus Stabuleti celebratas pro mea sententia firmando, recensui: respondet Martenus, *quid tum? Abbas Stabulensis & Malmundariensis, qui per alium Episcopum Ecclesie Malmundariensis consecrationes perficere potuit, per Colonensem non potuit, qui invitatus ab Abbe id recusare non potuit?* Martenus sui semper *stris monasteriis* similis est, sibi ubique constat. Haec tenus meas rationes aut dissimulavit aut *argutiis eludere conatus est, eandem porro insistit viam*. Ut postremæ ref. exercerent, pondcat, ponit Abbates nostrorum Monasteriorum potuisse cuilibet Episcopo suarum Ecclesiarum consecrationem imperare; quo posito ratio mea penitus difcipatur. Belle, præclare! Nam quovis posito, quidvis consequitur. Posito Martenum virum candidum, moderatum, & eruditum esse, necessario consequitur, Vindicias, quas nunc confuto, a quovis alio quam ab auctore Collectionis Amplissimæ proficiisci. Sed hic positionibus non est locus. Probandum est Abbatibus nostris hoc juris competuisse, ut a quovis Episcopo Ecclesiarum

suarum benedictionem peterent. Id vero non probavit, ego oppositum hactenus probavi, probantque adducta exempla, quæ docent præter Antistites Colonenses neminem Malmundarii, præter Leodienses neminem Stabuleti functiones Episcopales exercuisse. Quaenam esset factum ratione, ut Leodiensis Episcopus, qui alterum tantum, quam Colonensis, Malmundario proximior est, nullum unquam Episcopale munus Malmundarii exercebat, si illius ibi exercendi facultatem aut potius necessitatem accipere poterat ab Abbatte Stabulensi?

*Aliud ejusdem rei argumentum.*

V. Dicebam modo neminem, præter Dicecianos, Malmundarii aut Stabuleti muniis Episcopalibus defunctum esse; addere debebam: nisi forte iis consentientibus. Ita *Anno Domini* (verba sunt tituli Altaris S. Mariæ in crypta Stabulensi) *XLII.* dedicatum est hoc Altare a *Richardo Virdunensi Episcopo ex consensu Wazonis Leodiensis Episcopi*. Non commisi, ut hanc inscriptionem adversus Martenum non adferrem. An hic putas, illi hærcere aquam? minime. *Hæc, inquit, aliud nihil sonant, quam Wasonem onus suum in Virdunensem antistitem refudisse.* Omnino onus suum in Virdunensem refudit, aut potius Virdunensi facultatem fecit, illud ad tempus suo nomine portandi. Nam imperare, regere, gubernare & ea, quæ cum his conjuncta sunt, facere prudentioribus semper onus grave visa sunt, et si vulgo sub molliori superioritate aut jurisdictionis nomine veniant. Sed, dicam quod res est, Marteni verba sano significatu explicato atque proinde vim illis facio. Istud vult eruditus Benedictinus, Wazonem, et si nullo in Stabulenses Episcopali jure gauderet, tamen obligatum fuisse Consecrationes Altarium & Ecclesiarum Stabuleti perficere, hanc autem obligationem suam ad tempus cum Virdunensi Episcopo communicasse. Sensu communiciaret, qui non advertit nihil sani hic subesse atque omnia inter se pugnare. Pugnant item cum iis, quæ supra Martenus fidenter pronunciabat, Abbatem Stabulensem potuisse per quemvis Episcopum Ecclesiarum suarum consecrationem perficere. Nam si per quemvis potuit, potuit per Virdunensem, Virdunensi idem onus eadem obligatio incubuit atque Leodiensi. Quid ergo necesse erat illi hujus obligationem in se recipere? Ita cum prudens & videns a regia deflectis, in inextricabiles te labyrinthos induit.

*Immunitas plena fuit Wibaldo incognita.*

*Cap. 7.  
p. 36.*

VI. Sed adeone mihi dexter favit Apollo, ut rationum mearum nullam convellere potuerit Martenus? Audiamus ut porro prosequatur moderatus & humilis S. P. Benedicti filius. *Verum, inquit, qua fronte Rodericus afferere audeat, Wibaldo Abbati NE VEL MINIMAM EXEMPTIONIS UNQUAM POSSESSÆ UMBRAM AFFULSISSE, cum ipse contrarium disertis verbis pronunciet?* Quid igitur pronunciavi? scilicet Malmundarienses & Stabulenses *jam inde ab initio descriptam a Marculo immunitatem obtinuisse.* Necdum facti pœnitent. Verum, inquit, *Immunitas a Marculo descripta plusquam exemptionis umbra est.* Est omnino plusquam umbra, est enim realis exemptio, sed iis, quos indicavi, circumscripta finibus. Nam non committam, ut verba torquendo aut effugia querendo, parum sincerus aut candidus audiar. Igitur Antilogiae, cuius a Marteno insimilior memet reum agnosco? minime gentium. Quid enim? mihi cum Marteno sermo est de exemptione plena & omnimoda, uti lectori patet, ajo autem hujus exemptionis unquam posse esse ne minimam umbram Wibaldo affulsiſſe. At contrarium non dixi, cum Marculfanam immunitatem, quæ plena & omnimoda non est, Monasteriis nostris tribui. Hæc qui inter se pugnare dicit latine non satis intelligit aut carpendi prurigine præceps agitur. Contradictionis tum demum recte arguerer, si scripsissim Wibaldo ne minimæ exemptionis umbram affulsiſſe.

VII. Postquam me contradictionis insimulavit vir constantissimus, mode-  
stissimo supercilio singularem meam Doctoris Malmundariensium Fratrum miratur  
audaciam. At vereor ne, me ab audaciæ macula absolo, gravius aliquod ani-  
mi vitium in Marteno demirentur & doleant boni omnes. Mihi propositum  
est ex Wibaldi Abbatis seculo XII. Stabulensis rebus gestis ostendere, quod  
haecenus afferui, Malmundarienses antiquis temporibus Antistiti Coloniensi  
paruisse, Stabulenses Leodiensi. Marteno propositum est contrarium osten-  
dere, measque rationes confutare. Fridericus Archiepiscopus Coloniensis  
Anno 1128. Stabulensis diploma concessit, in quo ait, *se subministrante P. 13. &*  
*Fratre Wibaldo, fundationem & privilegia Stabulensis Ecclesie diligenter relegisse.* *159.*  
Inter Martenum & me convenit, quidquid hoc in diplomate præsentem contro-  
versiam spectaverit, maximi id ponderis fore, quia ab iis petitum, adumbra-  
tum & concessum sit, quibus perspectissima erant utriusque jura monasterii.  
Igitur Fridericus de Stabulensi Monasterio loquens, *pro eo, inquit, quod idem*  
*locus in Leodiensi Parochia est, omnes per successionem utriusque loci Abbates ab Epis-*  
*copo Leodiensi consecrari debere intellexi.* Abbates Stabulenses ab Episcopo Leo-  
diensi consecrari debent. DEBENT, inquam; igitur illi subditi sunt & obnoxii.  
Nam a quo Benedictionem, Ordines, Chrisma, cætera, accipere DEBO Epis-  
copo, ei ego Episcopo subditus sum & obnoxius. De Malmundariensi vero,  
porro, inquit Fridericus, *quia de ordinibus & consecrationibus Malmundariensis*  
*loci ad nostram Parochiam pertinet.* Ordinationes, Consecrationes Malmunda-  
riensium ad Coloniensem Diœcesin pertinent; a Coloniensi Episcopo peti de-  
bent. Aperta sunt haec, neque explicatione indigent. Quid reponit Marte-  
nus, quid opponit? servat Regulam S. Benedicti: filet, tacet. His æqualia  
leguntur in diplomate Arnoldi Coloniensis ab eodem Wibaldo Anno 1140. *Martenus*  
*tacendo*  
faretur. impetrato. Et haec, ut superiora, præterit religiosus Vindex. Verum qua præ-  
terit fide? Utrius nunc mirabuntur singularem audaciam cordati viri? Meam-  
ne qui quod pollicor, præsto, an tuam Martene, qui ita pugnas, ut intelli-  
git quisque, te nihil laborare, an veri & sani quid scribas, modo incauto lectori  
fucum facias? Sed pergamus hominis peccata retegere, nostramque sententiam  
confirmare.

VIII. Majora etiam, quam quæ nunc afferebam, visus mihi fueram inve-  
nisce in laudatis Friderici & Arnoldi Archiepiscoporum diplomatis, ipsius sci-  
licet Jurisdictionis Episcopalis Antistitum Leodiensium in Stabulenses, & Co-  
loniensium in Malmundarienses apertissima vestigia. In Arnoldino diplomate  
legitur: *Electum Abbatem Leodiensis Episcopus, ad quem pertinet, sine nostra, &* *successorum nostrorum contradictione, & benedicat, & ei curam animarum ex more*  
*injungat.* In Fridericiano vidimus *omnes per successionem utriusque loci Abbates*  
*ab Episcopo Leodiensi consecrari debere.* Deinde prohibit Fridericus, *ne ullus Colo-*  
*nienstum Archi-Episcoporum Abbatem Stabulensem de subjectione sibi facienda &*  
*cura Malmundariensis loci suscipienda, ut nostris, inquit, temporibus temptatum*  
*est, unquam fatiget, sed in consecratione sua curam utriusque Ecclesie suscipiat.* *Stabulensi*

Benedictionem, & curam animarum ab aliquo Episcopo accipere debere, *ses Abba-*  
aperta sunt in Abbatæ subjectionis, in Episcopo jurisdictionis indicia. Hac causa  
Chapeavillus in hoc diploma digitum intendens in indice tomii II. *Abbas, inquit,*  
*stabulensis Leodiensi Episcopo subjectus.* Et vero quoniam nemo dat, quod non  
habet, quomodo Leodiensis Episcopus *curam animarum* monachicarum Stabu-  
lensis coenobii posset hujus loci Abbatæ committere, nisi superior & eminens ha-  
rum animarum cura illi incumberet, nisi jurisdictionem in illas haberet? Mar-  
tenus Vindic. pag. 76. curam animarum, quam Abbas ab Episcopo accipit,

Wibaldus  
Abbas pa-  
lam testa-  
tur Stabu-  
lenses co-  
luisse Leo-  
diensi  
jura.

Martenus  
tacendo  
faretur.

Wibaldus  
præclaræ  
hanc in  
rem argu-  
menta.

Stabulensi  
tes Bene-  
ditionem  
& curans  
anima-  
rum à Le-  
odiensi E-  
piscopo  
accipere  
com- debere.

comparat cum animarum cura, quam parochus in plebem suam ab Episcopo accipit. Quare ejus ipsius judicio certum esse debet, Episcopum Leodiensem haud secus jurisdictionem in Stabulenses habere & illam cum Abbatii *curam animarum tradidit* exercuisse, quam cum animarum curam tradit Parochis S. Servatii, S. Martini, S. Nicolai, Leodii. Idem Martenus in Observationibus præviis post recitata verba, quæ ex Arnoldi Archiepiscopi diplomate supra retribuebamus, disertis verbis scribit, Stabulenses, quia eorum Abbates curam animarum a Leodiensi accipiunt Episcopo, & Episcopo, & Abbatii subjectos esse.

Coll.amp.  
t.II.pag.4.

*Accipere  
item cu-  
ram Mal-  
mundari-  
ensis loci  
ab eodem  
sed vi pote-  
statis aCo-  
loniensis  
delegata.*

Leodiensis Episcopus auctoritate propria poterat Abbatii Stabulensi curam animarum in Stabulenses committere : at in Malmundarienses, quia, ut Fridericus inquit, *de ordinibus & consecrationibus Malmundariensis loci ad parochiam Colonensem pertinet*, id est, quia Diœcesis Colonensis sunt, non poterat nisi potestate delegata. Hanc autem Episcopo Leodiensi delegari congruum erat ; erat enim longe Colonensi vicinior ; deinde incongruum fuisse, ut Abbas bis benediceretur, & bis curam animarum acciperet. Porro fuisse eam Leodiensi delegatam, ita ut ad illum pertinuerit Abbatii curam animarum utriusque loci impetrare, utrumque diploma loquitur. Narrat quidem Fridericus, tentatam fuisse suis temporibus aliquam hac in re mutationem, sed eam improbat, atque statuit, ut Leodiensis Episcopus porro perget Abbatii curam animarum Malmundariensis loci largiri. Idem præstat suo diplomate Arnoldus. Id vero nonne est Leodiensi delegatam olim potestate confirmare ? Qui confirmat, nonne item delegat ? Qui delegat, nonne ipsius facultas & potestas, quam delegat, propria fuit ? nonne igitur potestas tribuendi Abbatii curam animarum Malmundariensis loci, &, quod inde consequens est, jurisdictione Episcopalis ad illum pertinuit, pertinetque ? Nonne denique jurisdictionem hanc exercuit, cum eam, olim delegatam, suffraganeo suo confirmavit ? Afferui capite III. disceptationis primæ, &, ut nunc denuo ex his liquet, ex vero & jure afferui : neque sani aut solidi quicquam contra jactari potest. Sed tamen audienda est religiosa Adversarii modestia. *Hic*, inquit, *mirari subit Doctoris Malmundarien-  
sium Fratrum singularem audaciam*, qui hunc locum, cum scilicet, quem ex Fridericiano diplomate supra rescripti, *ad sue cause defensionem adducere non dubitet*, *ex quo nimirum integra utriusque monasterii immunitas facile possit demonstrari*. *Quod enim ait Fridericus*, ATTENTATAM suis temporibus fuisse Abbatis Stabulensis libertatem, hoc ipso evidenter ostendit, eamdem hactenus intactam perseverasse, atque adeo nec tum primum daricæptam, sed longe ante concessam potius confirmari. Verba sunt Marteni, ita me D.O.M. spiritu veritatis imbuat. Est enim fere Jure-jurando opus, ut credat lector potuisse similia profici sci a viro proiectæ ætatis, a viro eruditio, a presbytero congregationis S. Mauri, ab eo, qui *meam singu-  
larem audaciam miratur*. Demonstrare vult integrum utriusque monasterii immunitatem : unde ? ex eo ipso loco, ex quo ipse olim & ego jam luce clarius demonstravimus, utrumque suis diœcesanis subditum & obnoxium fuisse. Hoc vero non ego admiratione, sed risu, sed miseratione dignissimum arbitror. Sed tamen quam feliciter, quod illi facillimum videtur, demonstrat ? Attentata est, inquit, Friderici temporibus *Libertas Stabulensis Abbatis*, igitur pridem *liber-  
tate* gavisus est ; igitur ea ad Fridericum usque intacta permanxit. Verum (ut taceam a Marteno pro tentare, parum candide describi attentare, quæ vox toto in diplomate non legitur) ubi de *Libertate*, de *immunitate Stabulensis Abbatiae* in loco citato, ubi in geminis citatis diplomatis illius vel minima mentio ? Quid ait Fridericus tentatum fuisse ? istud nimirum, ut Abbas Malmundariensis & Stabulensis Monasteriorum, quemadmodum subjectionem Leodiensi Episcopo faciebat, & ab eo,

eo, utpote Diœcesano, loci Stabulensis curam suscipiebat, ita etiam, quia Malmundarium Coloniensis Diœcesis erat, hujus loci curam ab Archiepiscopo Colonensi susciperet, eique subjectionem hac causa faceret. Hoc, inquam, Fridericus suis temporibus tentatum scribit: hoc ut ne deinceps tentetur, vetat prohibetque. Quod dum facit re ipsa demonstrat, Abbatem Stabulensem non esse exemptum, quippe cui Leodiensis Episcopus curam Stabulensis loci propria potestate & curam Malmundariensis potestate delegata impertiat. Marteni pudet me pigerque, qui ex quo fonte limpidissimas veri aquas haurio, cum ita turbet, ut ex eodem nonnisi maleolentes & turbidas falsi errorisque offas referat.

## C A P U T V.

*Monasteriorum Malmundariensis & Stabulensis Genuina immunitas  
evolvitur, & Marteni de exemptionibus Seculorum VII. &  
VIII. systema evolvitur.*

 Ibaldo Abate Stabulensi argumenta, & tantum non verba sufficiente, suffragante S. Rota, atque ipsis Stabulensibus non dissidentibus, quam invitis quodammodo obtrudebat Martenus immunitatem plenam & illimitatam, negavi & confutavi. Verum modis suis non negavi omnem, non contendi, nulla fuisse unquam immunitate donatos. Interest aliquid inter Herculem & Sisyphum, inter Crœsum & Irum: neque qui Rex Magnus non est, est is illico Davus aut Syrus. Superat diploma Childerici Regis Stabulensi & Malmundariensi Monasteriis concessum, quo Monachis facultas sit libera Abbatis eligendi, caviturque, ne ecclesiastica ulla aut secularis potestas emolumenti quicquam ex eorum bonis sibi vendicet. Excerpsi illud Disceptatione I. Martenus totum edidit tomo II. Collectionis Ampliss. Cavit tamen sollicite, ne illius mentionem faceret suis in Vindicis. Quia enim in eo nulla Abbatum - Episcoporum, nulla decumanæ illius immunitatis mentio, intellexit hoc silentio suam jugulari sententiam.

Exilis est admodum & curta immunitas, quam hoc diplomate Childericus *Eius ab concessit* concedit. Quia tamen testatur, Monasteria nostra *ab antiquis juxta Pontificum Episcopis institutionem libertatis privilegio consistere*, suspicatus sum, majorem & extensorem fuisse illis Episcopali aliquo privilegio tributam. Scilicet, ita illorum temporum ferebat usus, Reges aut alii Fundatores juribus, quæ in monasteria a se condita, aut suis in regnis posita habebant, abdicantes, & immunitatem a se concessam ab Episcopis in Synodo confirmari curabant, & Diœcesanum rogabant Pontificem, uti ipse suis item, quoad disciplina Ecclesiastica pateretur, juribus renunciando, eam extenderet atque perficeret. Id ornamimenti obtinisse geminis cœnobiosis Stabulensi & Malmundariensi, ex Childerici verbis liquet, estque certum, fuisse olim hac super re Pontificium aliquod instrumentum in Synodo confectum. Id etsi ad nos aut injuria temporum, aut potius alio fato non pervenit, sum tamen arbitratus sciri posse, quid immunitatis, quam quantumque tribueret. Sunt cuivis seculo sui mores, ritus, consuetudines, suus, ut ita dicam, stylus, quem qui perspectum habuerit, potest is ex hac generali cognitione statuere, quid in particulari contigerit. Cum quis inter Equites, Comites aut Principes ab Imperatore relatus legitur, de ipso instrumento inspicio parum laboramus, quia scimus, quibus verbis, ritibusque nostra ætate haec dignitates conferantur. Ita etiam in privilegiis seculorum VII.

& VIII. usu venit. Marculfus corum nobis formulas a Baluzio in Capitularibus Regum Francorum & aliis alibi editas transmisit. His cognitis intelligitur, quid immunitatis nostris monasteris fuerit concessum ; continent enim immunitatem iis temporibus concedi solitam. Quando igitur de immunitate monasteriorum Stabulensis & Malmundariensis disputabam, atque istud potissimum laborabam, ut, ostendo non tuissc plenam & illimitatam, ostenderem quæ, quantaque, quibus finibus duobus primis sacerulis fuerit circumscripta, fuit mihi Marculfi privilegium prescribendum, atque ex eo immunitatis limites figendi.

*Fuit ea-  
dem atque  
immuni-  
tas a  
Marculfo  
descripta.  
Hec ex-  
plicatur.*

*Synodus  
Nicæna.  
Can. 54.*

*Martenus  
vano mo-  
limine re-  
pugnat.*

Id qua ratione præstiterum, est mihi paucis repetendum. Jura Episcopalia sunt trium generum. Primo quia, qui altari ministrat, illi de altari vivendum est, Episcopo de Parochiarum & Monasteriorum non exemptorum proventibus, iisque, quæ in Altario offerta fuissent, pars aliqua competebat. Hæc Episcoporum jura, ut ita dicam, utilia, quibus juxta Marculfianam formulam se abdicat Episcopus. Eo spectat etiam, quod ordines polliceatur sese gratis præbiturum *sobria* duntaxat & *simplici benedictione*, id est, mensa brevi & munda, sibi reservata, cum monasterium accesserit. Episcopaliū jurium classem alteram constituunt ea, quæ sunt Ordinis. Hæc sibi Episcopus sarta tecta & illibata servat. Classis tertia a jurisdictione est, eamque constituit non solum facultas aliqua, sed omnino obligatio attendendi & curandi, ut qui Diœceseos suæ limitibus comprehenduntur, si sive Laici sive Clerici fuerint, ex Christiana disciplinæ legibus vitam instituant. Patent hæc jura latissime : Inde enim est, ut alia mittam, quod Episcopi Abbates monasteriis & præfectos olim præponerent. His abdicat Diœcesanus electionis libertatem concedendo. Ad jurisdictionem etiam pertinet, quod ad monasteria frequenter accedere, ejusque *septa* & *secretæ* pro lubitu ingredi posset ; quia facultate ita abdicat, ut nisi ab *Abbate aut congregatione invitatus* ea uti velit. Denique jurisdictionis non est pars minima facultas onusque de subditorum moribus cognoscendi, tepidos & immorigeros corrigendi. Hanc facultatem Diœcesanus circumscribit, concedendo, ut si *Monachi de eorum religione tepli* fuerint *Abbas*, secundum regulam corrigat si prævalet ; sin autem, *Pontifex de ipsa civitate coercere debeat*. Atqui his rebus immunitas Marculfiana absolvitur. Ubi istud est diligenter attendendum, immunitatem a *juribus* Episcopi *utilibus* esse fere absolutam & plenam ; a necessitate & onere ordines ab Episcopo Diœcesano petendi & accipiendi, esse nullam ; ab ejusdem jurisdictione esse minimam. Nam electionis libertas est tantilla tamque exilis exemptio, ut hodie apud multos immunitatis nomine non veniat. Neque facultas Abbatii permisla cognoscendi, an *Monachi* juxta regulam vivant, & eos juxta regulam corrigendi existimam aliquam immunitatem constituit, cum patri cuivis familias perinde facultas competat de suorum moribus cognoscendi, & male feriatos corrigendi. Major est ea immunitas, quod Diœcesanus abdicet facultatem monasterium, quando lubuerit, ingrediendi. Sed tamen si omnia solite expendantur, his omnibus nihil omnino Episcopalis Jurisdictionis contrahitur. *Nam nihil de CANONICA AUCTORITATE convellitur, quidquid domesticis fidei pro quietim tranquillitatis tribuitur.* Sunt ipsa privilegii verba, quibus exempti monentur, se recitata ornamenta ab Episcopo hac una causa accipere, ut quietius & tranquillus Deo serviant ; de cetero AUCTORITATEM CANONICAM, id est jurisdictionem Episcopalem, nulla in re *convulsam* aut contractam, haud secus ante iis immovere, eamque in se distingendam, si concessa quietis gratia libertate abutantur. Hæc ego cum pluribus Disceptatione prima disputabam, istud volebam, ut etiam ex Marculfi privilegio ostenderem, Monasteria nostra illa ætate, qua Mar-

Martenus Episcopos-Abbes in iis constituit, non habuisse immunitatem, quæ Episcopos-Abbes ferre posset; non habuisse enim immunitatem omnibus numeris absolutam. In hujus argumenti vi retundenda multus est. Privilégia & exemptionum chartas unde unde conquirit, ut ostendat seculis VII. & VIII. majorem, quam ego ex Marculfo contendo, immunitatem sèpius concedi solitam. Sed ego si lectorem attentum & partium studio vacuum nactus fuero, non vereor, ut mihi vadimonium deferendum sit. Marteniana momenta & consilia expendamus.

I. Demus ei, seculis VII. & VIII. maiores immunitates concessas ea, quam *Nisi non* nunc ex Marculfo rescripsi. Demus hoc. Quid tum, an inde consequitur, potius *Stabulensis* majorem monasteriis nostris concessam? minime gentium. Marculfiana immunitas, erat immunitas obvia, ordinaria, concedi solita; extabant enim illius *alia immunitates* formulæ. *Concessio Regis ad hujus immunitatis Privilegium, Emunitas Regia, Confirmatio de Emunitate*, quarum formulas idem Marculfus apud Baluzium *concedi quam Marculfiana* exhibet, ejusdem tenoris sunt. Nullius alius immunitatis in eo formula, nullum vestigium. Inde consequitur, hanc ea tempestate frequentatam, & usum receptam fuisse. Recte igitur a nobis est Stabulensis tributa; quia cum in re obscura queritur, quid factum sit, istud factum ponitur, quod fieri consuevit. Ad hæc cum aliunde esset ostensum, Stabulenses non fuisse ab Episcopi jurisdictione & auctoritate immunes, non poterat iis aliud privilegium, quam Marculfianum assignari. Nam erat illis aliquod assignandum, quod subjecti-*onem* non tolleret. Quare si Martenus evicisset fuisse aliqua, quæ immunitatem illimitatam tribuerent, ne simile aliquod Stabulensis tribueretur, veteratque eorum luce clarius demonstrata subiectio. Oleum proinde & operam perdit in astruendis Privilegiis Marculfiano majoribus. Ea recusat Stabulensem conditio.

II. Sribit, fateturque subinde Vindici arum pagina decima, citatam a *Quod ipse Roderico formulam Marcufi eodem sensu intelligendam esse*, quo prolata a se Privilégia. Id si ita est, sunt item hæc *eodem sensu intelligenda, quo citata a Roderico densa formula Marcufi*. Jam vero ostendit Rodericus, Marculfiana formula non tribui immunitatem absolutam, jura Episcopalia in monasteria farta tecta per eam perstare. Igitur neque rescripta a Marteno Privilégia immunitatem plenam & absolutam tribuunt, igitur neque per ea *Canonica auctoritas convellitur*, aut jurisdictionis Episcopalis contrahitur. Igitur heterodoxum illud Privilégiorum examen cassio conatu adversus me in arenam producitur.

III. His ita observatis postrem Marteniana privilegia negligere. Quia tamen dum verbis fatetur, esse eo sensu intelligenda, quo Marculfianum, re ipsa alio intelligit & interpretatur, quam recte id ab eo fiat, est paucis expendendum. Aliquis privilegiis statuitur, ut Episcopus Dicefanus *Altaria seu basilicas in monasterio rogatus ab Abbe pro Christi nomine consecret atque benedicat*. *Chrisma quoque seu sanctificationis oleum singulis annis præbeat*. Sed & si quem petierit *Abbas aut de Monachis, aut de Canonicis suis ad aliquem gradum Ecclesiasticum consecrandum, nullatenus contradicat*. Rescribit hæc verba Martenus; veritus autem, ne Dicefanus auctoritas inde adstruatur, quod ea, quæ sunt Ordinis ei reserventur, id, inquit, *non ut jus, sed tanquam onus illi impositum*. Ingeniosam, privilegiantque Oedipo dignam interpretationem! An igitur jus pascendi oves ab onere *um relin- sejungi* potest? Onus pascendi inde est, quod pastoris provinciam subeundo ea *qui Episc. omnia facere pollicear*, quæ pastoris officium requirit: *Jus autem pascendi inde que sunt Ordinis, est, quod oves meæ, cum me pastorem accipiunt, hoc ipso teneantur, a me recipere, quæ oves a pastore recipere oportet*. In Rege quovis est onus regendi

suos subditos , est item jus : nam neutrum ab altero secerni potest . In superiore Domus B. Germani de Pratis est onus Marteno & Durando de rebus necessariis providendi . Quid inde Martene efficies ? si tibi constare vis , negabis te illi subditum esse , nam inquires , non ut jus , sed tanquam onus est illi hoc impositum . Non erat necesse privilegia Pontificia rescribere , ut ostenderetur Episcopis hoc oneris incumbere , ut rogati monachis ea , quae sunt Ordinis , præbeant . Eorum hac in re conditio eadem est atque laici cujusvis . Tenetur enim Episcopus Laico cuivis , modo iis omnibus , quae Canones & Concilia postulant , instructus sit , ordines præbere ; haud secus ac Parochus quilibet tenetur Sacra menta parochianis suis ministrare . Quia igitur ex hoc onere , quod Parocho inhæret , mihi Sacra menta ministrandi consequitur , me ejus parochianum , me illi subditum esse & obnoxium , omnino ex onere , quod Episcopo incumbit Monachis , sua in Diœcesi positis Ordines præbendi , consequitur eos illi subditos & obnoxios esse . Apertiora etiam in recitatis verbis vidissimus , nisi ea truncare visum Marteno fuisset . Rescribamus , quæ supressit . Si quem petierit Abbas aut de Monachis , aut de Canonicis suis ad aliquem gradum Ecclesiasticum consecrandum , nullatenus contradicat . Quid hic subdit summus Pontifex ? quid omittit Martenus ? Nisi FORTE IS , PRO QUO PETITUR , INDIGNUS TALI HONORE VERITATIS TESTIMONIO DEPREHENDATUR . Poteratne quicquam apertius addi ad demonstrandani Episcopalem jurisdictionem ? Poteratne quicquam ad eam deprimendam aptius supprimi ? Episcopo Ambianensi incumbit Corbeiensibus Monachis ordines , cum petunt , præbere . Verum id ita incumbit , si dignos deprehenderit . Hac super recognoscit , ordinandorum mores , scientiam , ætatem , cetera , examinat . Est itaque recte a me assertum , Episcopo eam omnem jurisdictionem in Monachos servari & afferri , quam in quenvis suæ Diœceseos Laicum obtinet . Proinde quod Martenus afferebat tanquam potestatis Episcopalis circumscriptæ argumentum , est apertum illius confirmatae & vindicatae testimonium . Hoc privilegio concessio , poterat Benedictus III. sua facere verba Gregorii M. Epist . 39 . Lib . II . ad Dominicum Carthaginem : De Ecclesiasticis vero privilegiis , quod vestra fraternitas scribit , hoc postposita omni dubitatione teneat , quia sicut nostra defendimus , ita singulis quibusque Ecclesiis sua jura servamus .

*Abbatis  
benedicti-  
onem affe-  
rit Episco-  
po , qua cu-  
ra anima-  
rum tra-  
ditur .*

IV. Idem Magnus Gregorius lib . IV . Epistola XLI . Luminoso Abbati monasterii S. Thomæ de Arimino Privilegium concedens , id ita concedit , illa videlicet ei ( Caftorio Episcopo Ariminensi ) JURISDICTIONE relicta , ut in defuncti Abbatis locum alium , quem dignum communis consensus congregationis elegerit , debeat ORDINARE . Abbatis ordinandi sive benedicendi jus onusque jurisdictionem vocat Gregorius M. Adstipulatur ei Martenus multis ostendens , Episcopum , dum Abbatem benedit , spirituali illi jurisdictionem in suos tribuere , & curam ei animarum tradere , estque illi hoc tam certum , ut statuat , abusum esse , si Abbas , Benedictione non accepta , jurisdictionis in suos spiritualis aliquid sibi vendicit ; quippe , quia eam nondum ab Episcopo suo acceperit . Facultas hæc , hoc jus , Abbati curam animarum Benedictionem ei impertiendo conferendi , quod jurium Episcopali partem non minimam constituit , illibatum item Episcopo Ambianensi relinquitur . Nam in laudatis Benedicti III. verbis , non dico de eo contracto aut sublato , sed omnino ejus nulla in illis mentio . In formula Marculfi statuitur , ut Benedictio sine pretio concedatur , quod eo quoque recidit . Sive enim gratis , sive munere aliquo in grati animi signum recepto præbeatur , constat Episcopo suo Abbatem benedicandi jurisdictionem , ut Gregorii M. sermone uti pergam , constat illi suum jus Abbati curam animarum , & jurisdictionem in Monachos impertiendi . Restituto Benedicti privilegio videbamus ,

Epif.

Episcopo ab Abbatore rogato, Monachum in diaconum aut presbyterum confecrandum fuisse, nisi forte is, pro quo peteretur, indignus tali honore deprehenderetur. Eadem cautela Episcopo adhibenda erat, cum se se præbebat Abbatis benedicendi occasio. Adeo S. Benedictus capite 64. regulæ optat, rogatque, ut si congregatio indignum elegerit, adverteritque Episcopus, non modo prohibeat, sed etiam *dignum domui Dei Dispensatorem constituat*. Quod item rogat Abbates & laicos vicinos. Quanquam S. Benedicti precibus & votis parum opus erat; non poterant enim ignorare Episcopi, id sibi incumbere, ut curent, ne congregationibus religiosis indigni Pastores ordinentur. Hæc cum ita habeant, iterato Benedicti III. privilegium Corbeiense in Martenum retorquemus, vidimus enim Ambianensi Episcopo jura Episcopalia per illud immunita perstare, & proinde recte a Thomassino adhibitum, *ad demonstrandam Episcoporum etiam in monasteria aliquibus privilegiis honestata supereminenter jurisdictionem*.

V. Aliquis privilegiis Episcopi sibi ipsi facultatem admittunt monasterii *septa* *Quod sibi legem ali-*  
*& secreta, nisi ab Abbatore rogati fuerint, ingrediendi.* Est hoc Marteno egregium *quando*  
*immunitatis specimen.* Neque enim, inquit, ullam qualemcumque jurisdictionem *fecerunt*  
*in Monasteria habere dicendus est Episcopus, in quibus neque missas celebrare,* *QUOD* *Episcopis*  
*civis PRESBYTERO PERMITTITUR, sed ne quidem in ea intrare, aut quasvis* *ne pom-*  
*functiones invito Abbatore exercere permittitur.* Præclare iterum & ingeniole! *pam Epis-*  
*Monachos ab Episcopi potestate absolvere vult, idque illi tam feliciter cedit,* *copalem in*  
*ut eos civis presbytero obnoxios reddat.* Quid enim? Jurisdictionem in Mo- *monaste-*  
*nasterium Episcopis negat a defectu facultatis in ea intrandi, & missas celebrandi.* *rnis expli-*  
*Itaque ubi hic defectus cessat, ubi adest hæc facultas, ibi est jurisdictione in Mo- *carent,**  
*nachos; atqui, ejus judicio, ea gaudet quilibet presbyter; igitur, Marteni ju-*  
*dicio, monasteria cuilibet presbytero subdita sunt & obnoxia.* Neque vero mi-  
*retur quisquam Martenum sete his inextricabilibus antilogiis involvere.* Qui  
*sibi ipse oculos eruit, necesse est ubique præcepsum ruat, & in tenebris & luto vo-*  
*lutetur.* Quæ Martenus aut ignorat aut ignorari vellet, explicitur; crunt  
*tum omnia plana & aperta.* Competebat Episcopis facultas ad quaslibet dice-  
*cceos suæ ecclesiæ, cum vellent accedendi, ibi cathedram ponendi, docendi,*  
*ad aram publice faciendi, Sacraenta & ordines ministrandi.* Hanc faculta-  
*tem jam inde a Gregorii M. temporibus cœpit contrahere prolixa Episcoporum*  
*in Monachos voluntas.* Ejus contrahendæ duæ fuerunt cause. Primo ne ple-  
*bis ad Episcoporum, ut assolet, solennes functiones frequentia & concursus Mo-*  
*nachorum quieti obstreperet: secundo ne ex Episcopi adventu rebus monasterii*  
*dispendii quicquam accederet.* Erat enim istud usu receptum, ut Monachi di-  
*vertentes ad se Episcopos liberaliter acciperent.* Verum cum Episcopi sibi ipsi  
*legem tulerunt ad aliqua monasteria, nisi rogarentur, non divertendi, quid inde*  
*eorum Jurisdictioni decessit?* An hoc facto facultatem sibi ademerunt de eorum  
*moribus cognoscendi?* In hæreticos, in Schismaticos advertendi? Jejunia &  
*Supplicationes eis indicendi?* Næ Martenus ex Monastica disciplina præclarum  
*monstrum effingit, cuius quieti consulere non possint Episcopi, nisi Monacho-*  
*rum Patres, Pastores, Superiores esse desinant.* Nonne & ipsi summi Pontifi-  
*ces attendebant, ne suo adventu in Romana monasteria monastica silentia in-*  
*terpellarent.* Quid igitur superest, nisi ut & Summi Pontificis nullam dicamus  
*fuisse in Romanos Monachos Jurisdictionem?* Ceterum fucum incautis facere  
*conatur Martenus, cum ait, Episcopis non licuisse Missas in monasteriis exem-*  
*tis celebrare.* Quod ipse fatetur, licuit civis alii presbytero, an igitur Episco-  
*porum pejor fuit quam horum conditio?* Cui homini fano id persuasum eat?

*Id sine ju-  
risdictio-  
nis dispen-  
satio facili-*

Adductorum verborum interpretem egregie agit Nicolaus Papa in Privilegio Abbatissæ Vizeliacensi concesso ; ubi idem illi ornamentum largitus his verbis utitur : *Neque Episcopus civitatis ipsius parochiæ, nisi ab Abbatissa ipsius monasterii invitatus, PUBLICAS MISSAS agat, neque STATIONES in cœnobio eodem indicat, ne ancillarum Dei quies quoquomodo populari conventu valeat perturbari.* Ubi hic missarum in cœnobio celebrandi facultas Episcopo adempta ? Ubi alia, quæ Martenus garrit, abdicata ? Unum hoc abdicatur, unum hoc statuitur, quod quieti & otio monastico oppositum videtur. Est hic audiendus Gregorius M. Epistola ad Marinianum Episcopum Ravennatem, ex qua confitum est concilium Romanum Anni 601. & Nicolai I. decretum a Marteno tom. I. Coll. ampliss. pag. 152. repræsentatum. *Cum Episcoporum, inquit, adventus desideranter a monasteriis debeant expectari, quia tamen hospitandi occasione prædictum ( Beatorum Joannis & Stephani ) temporibus successoris vestri nobis fuisse nuntiatum est prægravatum, oportet ut hoc sanctitas vestra decenter debeat temperare, ut visitandi exhortandique gratia ad monasterium, quotiens placuerit ab ejusdem civitatis antistite accedatur.* Sed sic caritatis officium illic Episcopus impleat, ut gravamen aliquod monasterium non incurrat. Sed potestne sibi quis temperare, ne proprius acedat, examenque improbum in illa castiget trutina ? Antiqui cœnobitæ in gratia reposuerunt, si Episcopi jure suo abrenunciantes in eorum ecclesiis Episcopalem pompam non explicarent : nunc, si id honoris conceditur, in gratia reponunt, atque cœnobii annalibus trahalibus inscribunt apicibus auro & minio incrustatis. Nunc ipsi Episcopalia ad se trahunt ornamenta, atque ad aras Episcopos agunt, tam veriti ne frequens desit spectator, quam verebantur Majores, ne adesset aliquis. Cathedram Episcopalem antiqui, ne populi concursu quies sacra turbaretur, suis ex ædibus procul exesse cupiebant, nunc ipsi eam ibi sibi erigunt ; quin & Dionysianis atque Turonensisbus seculo octavo erigeret Martenus, ni eorum quieti disciplinæque monasticæ, pro eo ac debo, consilens, illam sacris his solitudinibus proturbasset. Sed audiamus porro ut sibi Martenus constet.

*Benedicti III. privilegium castrense Marteno favet.*

VI. Sunt etiam Privilegia, quibus statuitur, ne Episcopi quicquam potestatis in aliquem de fratribus obtineant, nec per Episcopalem fastum aliquid illis in eos liceat . . . nec Episcopale ministerium aliquid ditionis super eos obtineat. . . . utque Abbas dispensationis suæ ministerium exercere valeat digne, nullius debeat perturbari potestate subjectus ; sed ab omni liber dominatione, Christum tantummodo Judicem sustineat. Hoc habitu incessisse Privilegium Benedicti III. Papæ, quo confirmat Bretefrii Episcopi Ambianensis privilegium in solemnni Gallicanorum præfulum concilio concessum, Marteno affirmanti tantisper credamus. *Quid igitur, inquit, supereminenti Episcoporum jurisdictioni remanet ? Nihil omnino.* Nihil ? Turpe & miserabile ! sed tamen illustre confortium doloris sensum adimet Episcopis ; in eadem atque Romanus Pontifex condemnatione positi sunt. Abbates & Monachi NULLIUS debent perturbari potestate subjecti. NULLIUS inquam. Plana sunt, hæc & aperta. Neque obscura sunt, quæ sequuntur : Abbas ab OMNI liber dominatione, Christum tantummodo Judicem sustineat. *Ab omni liber dominatione* Itaque nec summo Pontifici, nec ipsi Ecclesiæ subditus est. Quid igitur miramur, nullam Episcoporum esse in Monachos jurisdictionem, in quos nulla sit nec Romani Pontificis, nec Ecclesiæ ipsius Jurisdictionis ? qui, præter Christum, Judicem neminem habeant ? An ergo privilegium hoc spurium dico, quod hæc paradoxa dogmata Ecclesiæ invehit, atque disciplinam & Hierarchiam Ecclesiasticam funditus eversurum videtur ? Erunt, qui id a me expectent, atque illud jam in factuum suppositiorum ergastulum relegarint. Sed aliter ego de eo scriptio.

tio. Non ea vetat, non ea statuit, quæ prima facie vetare aut statuere videtur. Arbitraris hic agi de jurisdictione Episcopali, sed arbitraris falso : alia omnia verbis recitatis subfunt.

Retegatur Marteni mala fides, rescribatur fideliter Benedicti III. privilegium, erunt omnia plana & aperta. Ita autem in Labbei conciliis Benedictus statuit : *Episcopus Ambianensis nec in Abbatem, nec in aliquem de fratribus quicquam postatis obtineat, nec per Episcopalem fastum aliquid in eos presumat, VERUM ABBAS SECUNDUM REGULAM S. BENEDICTI LIBERAM MONASTERII SUI HABEAT POSTATEM, ET MONACHI AD EJUS TANQUAM AD PASTORIS SUI SOLUMmodo RESPICANT GUBERNATIONEM.* Cur hæc a Marteno omissa sunt ? scilicet quia ex iis manifestum est, agi hic tantum de *regimine interiori*; hoc solum caveri, ne illi immisceat se Episcopus : quia manifestum est, Episcopalem jurisdictionem his verbis tam parum accidi, quam parum per Regulam D. Benedicti acceditur, ad quam summus Pontifex provocat. Pessimam causam tuetur Martenus, qui nisi genuinas bullas castrando, eam propugnarè non sustineat. Videamus porro, ut sibi constet Vir candidissimus. *Nec Episcopale ministerium aliquid Nam fiditionis super eos obtineat; QUONIAM, supplemus, quæ Vindex suppressit, cum lumenmodò Abbas vices Christi in monasterio creditur agere, potestatis officium regimen super creditas sibi oves habere dignoscitur, utque dispensationis sue ministerium exercere prævaleat digne, nullius perturbari debet potestate subjectus; sed ab omni liber dominatione Christum tantummodo judicem sustineat.* Cujus potestatis officium super creditas oves habere dignoscitur Abbas ? non Regiae, non Pontificie, non Episcopalis. Igitur Abbatialis. Hæc ei intemerata servatur ; hac in potestate, in *regimine, inquam, interiori, in disciplina secundum regulam alterius cuiusvis dominatio excluditur.* Patres de Lirinensis monasterii immunitate in synodo Arelatensi anni circiter 450. cognoscentes statuunt : *Monasterii omnis laica multitudo ad curam Abbatis pertineat..... Hoc enim & rationis & religionis plenum est, ut.... laica omnis monasterii congregatio ad solam ac liberam Abbatis proprii, quem sibi ipsa elegerit, ordinationem dispensationemque pertineat; regula, que a fundatore ipsius monasterii dudum constituta est, in omnibus custodita.* Lai-corum nomine Monachos venire, vera est Mabillonii observatio. Et hos in iis, quæ regulam spectant, in unius Abbatis potestate esse debere, *rationis & religionis plenum* videtur Arelatensibus Patribus. Ita passim regularum conditores senerunt ; ita plerique Patres, ita sentit Benedictus III. ita statuit. *A regimine interiori, a disciplina secundum regulam, ex S. Benedicti mente & votis, excludit Episcopum Ambianensem.* Hæc autem quid ad institutum præsens faciunt ? Evolvatur tota Benedicti III. bulla ; expendatur Bretefridi, quod per illam confirmatur, privilegium. Episcopus Ambianensis ordinum conferendorum facultatem, de ordinandorum moribus & scientia cognitionem, Abbatis ordinati-onem sibi reservat : nihil eorum, quibus Episcopalis jurisdictione absolvitur, abdicat. Adeo quidquid Monachis immunitatis concedit, id ita præstat, ut hoc facto *auctoritatem canoniam*, id est jurisdictionem Episcopalem, *convelli nolit.* Neque E. Atqui Philippus Labbeus observat hoc privilegium, ut ovum ovo, esse privilegio pscopus Marculfiano simile. quod verissimum est. Vidimus autem, Marculfiana bonorum immunitate non infringi jura Episcopalia. Vidimus igitur Martenum & mala monastico-fide & malis artibus in illa grassari.

VII. Præter regiminis interioris *dominationem* observabamus supra secundum Margulfi formulam abdicasse quoque Episcopos rerum temporalium administratione & ministrorum electione. Ita Bertrandus in suo privilegio pro Cor-beiensibus, *decrevimus, ut quacunque predicto monasterio vel Monachis regio munere, abdicat.*

nere, seu a quibuslibet Christianis in agris, mancipliis, vineis, sylvis, auro, argento, vel vestibus, vel quibuslibet speciebus collata, aut deinceps conferenda sunt, vita nostrae temporibus, seu successorum nostrorum nec ego nec ullus sibi Pontifex, aut aliquis ex ordine Clericorum Ambianensis Ecclesiae suis usibus usurpare aut minorare, aut ad civitatem alias species deferre presumat; sed sub omni libertate vel emunitate saepe dictum monasterium vel Monachi ibidem consistentes possideant. Mox stabilitas Episcopi juribus circa ea, quae Ordinis sunt, prosequitur: Neque ulla alia potestate in ipso monasterio utatur Episcopus, ut diximus, neque in monasterio, seu in rebus aut ornamenti ipsius neque in personis..... Nec Episcopus nec Archidiaconus, aut quelibet alia persona, Ordinator Ecclesiae Ambianensis quocunque de eodem monasterio, sicut de reliquis parochiis usurpare aut commutare, aut alias res auferre vel species, que ad ipsum monasterium sunt collatae, deferre ad civitatem audeat. Similia legas in formula V. apud Marculfum, apud Gregorium M. Lib. VI. Epist. XII. ad Respectam Abbatissam, item in Epistolis ad Marinianum Ravennatum, & Castorium Ariminensem, in privilegiis, quibus initia Bullarii Cassiensis scatent, atque passim alibi. Similia profert quoque Martenus, ut ostendat, *Archidiacono interdictam rerum temporalium curam & electionem ministrorum sacrorum.* Hæc vero & ultro concedimus. Neque enim Episcopalis jurisdictio in Monachos evanescit, quod fas non sit Episcopo res monasterii temporales gubernare, ministros & officiales amovere & promovere, rerum & personarum monasticarum herum & dominum esse. Nemini Episcopo competit facultas res laicorum gubernandi, villicos eorum in villis instituendi aut removendi. Quis autem hac causa dicat, circumscripta esse Episcoporum in laicos jura? Neque alio sensu explicandum venit productum a Marteno Caroli M. diploma pro Salonenſi in Diœcesi Metensi monasterio. Decernitur in eo, ut neque Angelramnus Episcopus Metensis, neque Archidiaconus, neque missus Ecclesia Mediomaticus ibi in ipso cœnobio PONTIFICIUM habere non debeant, nisi si Abbas S. Dionysii expeterit ordinationes faciendi, chrismetandi, & tabulas benedicendi. Una vox Pontificium imperitis difficultatem ingerere potest. Quare quid significet ex charta Clodovei III. videndum. Nam, inquit, nullum pontificium a nobis neque a successoribus nostris in eodem monasterio pro causa cupiditatis, aut, quod absit, avaritiae habeatur, sed proprio in Dei nomine fruantur privilegio. Ex his intelligimus Pontificium idem esse ac Jus utile, & ab Angelramno istud Salonenſi monasterio datum, ut ab eo nihil utilitatis perciperet, nisi cum ordinum gratia eo evocatus fuerit. Patet vero id maxime ex ipso Caroli instrumento, in quo dicitur Privilgium Angelramni constitutum *de rebus proprietatis* Fulradi Abbatis. Hac causa prohibet Carolus, ut de ipsis nemo contingat quicquam, sed sub tutione Regis eadem immunitate, atque cetera prædia Dionysiana persistant. Potuisset itaque & ab hac charta producenda supersedere Martenus. Sed homini ad incitas redacto est istud dandum, ut impune ex quovis ligno sibi faciat Mercurium. Ad ea quæ superant, pergamus.

Dacheri  
Tom. X.  
Spicileg.

Cum Ab-  
tum &  
Monacho-  
rum dissi-  
dia per a-  
lios Abba-  
tes sopri-  
vuli, suas  
bis vices  
delegat.

VIII. Episcopi rati se in Monachis Viros habere Evangelii legibus & canonibus, multo quam vulgo solet addictiores, fecerunt eis facultatem juxta conditas a se aut acceptas leges vitam instituendi, Abbatibus ex regulæ præscripto Monachos regendi, flectendi, corrigendi. Quod si Monachorum pertinacia Abbatum solitudinem vinceret, curaturos se, ne disciplina Christiana quid detrimenti acciperet. Huic rei argumento est & Marcolfi formula, & illi consonum Bretefredi privilegium pro Corbeiensibus & alia multa. Numerianus Trevirensis Episcopus majoribus argumentis, quam de Monachorum obedientia, moderatione, atque parendi prolixitate spem conceperat, explicavit.

Facul-

Facultatem fecit Monachis vallis Galilææ, ut si talis inter Abbatem, & eos dissensio murmurque consurgeret, qualis minime ab eodem Abbatibidem sedari posset, tunc alii Abbates, qui hujusmodi regulam teneant, convenient in ipso monasterio, scandalumque deprimant sententia regulari. Quo factō dubium non est, quin Galilæis Monachis ornamentum concesserit, cui ex condigno compensando pares non essent. Quæ enim non debebatur reverentia Episcopo, quæ submissio, quæ gratitudo, qui eorum dissensiones & lites nollet in curiam evocari, atque eo evocando vulgatam de Monachis famam bonam corumque nomen traduci? Verum eonefacto Episcopalia in eos jura abdicavit: Ait Martenus: Igitur accephalos effecit, nam neque in summum Pontificem, neque in alium jus suum, potestatemque transfudit. Sed Martenus in ipsa nube Junonem amplectitur & deosculatur. Sunt nostra ætate multa in Europa monasteria, quorum controversiae domesticæ Abbatum aut Præsidum congregationis sententia definiuntur, quin hac causa ab Episcopi se legibus & jurisdictione absoluta credant. Huic consuetudini initium fecit Numerianus. Facultatem de monachorum & Abbatis dissidiis cognoscendi aliis ejusdem instituti Abbatibus delegavit. Hi vero si ea componere non possent, tum tandem ad ejus tribunal revocanda erant: nam ut privilegiorum ejus ævi verbis utar, *nihil de Canonica auctoritate convellitur, si quid Monachis pro quiete tranquillitatis conceditur.* Aut ut Gregorii M. ex genuina ad Marinianum Epistola & spurio concilio anni 601. adoptem, Epis. copos in Monachos & Abbates advertere non oportet, *nisi forte extantibus, quod absit criminibus, quæ sacri canones punire monstrantur.* Est vero hoc ita manifestum, ut pluribus inculcari non debeat. Sed sunt iterum ipsa privilegii verba, quia in iis error, rescribenda. Calmetus in probat. Loth. Hist. repræsentat illud post Mabillonum. Ita apud eos habet: *Et si, quod absit, talis inter Abbatem & Monachos dissensio aliqua, & murmur consurgere videatur, qualis minime ab eodem Abbatibidem sedari possit, tunc, missus Episcopus eorum ad alios Abbates, qui hujusmodi regulam teneant, convenient in ipso monasterio, scandalumque deprimant sententia regulari.* Omnino rescribentis incuria hic errori locum fecit. Quid enim haec sibi volunt? *Tunc missus Episcopus eorum ad alios Abbates.* Nec barbara, nec latina sunt. Ea cuivis est integrum pro arbitrio refigere: ego ita legendum puto: *Tunc mittens Episcopus eorum ( id est Diocecesanus ) ad alios Abbates &c.* Nisi forte haec lectio placeat: *Tunc missus, id est, sermone antiquo, Legatus, Episcopi, convocans alios Abbates &c.* Ut ut sit, sunt etiam haec frustra adducta a Marteno ad Episcoporum jura infringenda, atque unum hoc præstant, ut argumento sint, eos juribus suis clementer & comiter usos, cum de Monachorum dissidiis aliquando cognoscere noluerint, nisi per ejusdem instituti viros: atque cum hi nihil proficerent, tum demum quodammodo invitatos causam ad se revocasse.

IX. Ex argumentis, quæ tanto strepitu in aciem eduxit immunitatum hyperaspita, unum superat. Sed, si quidem ei fidem habemus, decretorium illud. *Si Monachis opportunum fuerit Ecclesiam benedicendam, & sacros ordines percipiendos, a quocunque Pontifice decreverint, licentiam habeant expetendi.* Hæc ex privilegio, quod Numerianus Trevirensis, annuentibus comprovincialibus Episcopis Childulpho, Gisaldo & Eborino, concessisse dicitur Deodato Abbatibidem Vallis Galilææ. Id vero, inquit Adversarius, *vel ipso fatente Roderico integrum libertatem complectitur.* Verum, ut inde initium faciam, neque id fatetur, neque faslus est Rodericus, neque fateri potest. Nam primo, quia de Benedictione Abbatis nulla hic mentio, inde consequens est, Episcopum ea non abdicare. Vidimus autem supra, Marteno ipso argumenta sufficiente, non

Epistol.  
lib. VII.  
num. 18.

Annal.  
tom. I. in  
Append.

Idem facit  
cum per-  
mittit, ne  
Monach.  
ab aliis Ea  
piscopis  
ordines  
petant.

minimam jurisdictionis Episcopalis partem hanc esse, quod Episcopus benedicendo Abbatem curam ei animarum jurisdictionemque in suos spiritualem tribuat. Deinde communicabit Episcopus Diaecesanus cum Provincialibus suis ius Galilaei Monachis ordinibus præbendi; Provinciales annuendo onus præbendi in se suscepint; qui non annuerant; reliquarum scilicet provincialium Episcopi, iis hoc onus non incumbebat. Quare Galilæi hoc unum privilegii vigore consequerantur, ut ad quem libuisset Provinciae Trevirensis Episcopum Ordinum causa adirent. Neque haec non est nulla immunitas: sed est ne illimitata? Extinguitne jura omnia Episcopalia? Sane non permit in Episcopo jus & obligationem de Galilæorum moribus cognoscendi, docendi, pascendi: Si privilegio concessio abuterentur, corripiendi; si ejus obtentu, cum Marteno, in Episcopalia jura grassarentur, illud revocandi antiquandi: concessis immunitatibus eos exuendi. Denique quis concedit Privilegium? Numerianus Archiepiscopus & Metropolita Trevirensis, cuius in diaecesi ponamus, positum fuisse monasterium. Transfundit in Suffraganeos facultatem præbendi ea, quæ sunt ordinis: annuunt, consentiunt. Verum cum in Archiepiscopi sui auctoritate & potestate sint, extra eam non fuerunt Galilæi, quippe quoad ea, quæ sunt Ordinis, ab iis pendentes, qui ipsi ab antistite Trevirensi tanquam Metropolira & Archiepiscopo proprio pendent: ab iis pendentes, a quibus, si abuterentur hanc facultatem repetere, & posset & deberet Metropolita. Sequioribus sacerulis, cum rerum summæ conversiones Sacerdotium & Imperium agitarent, fatemur a summis Pontificibus aliqua monasteria Ecclesiæ Romanæ sine medio fuisse subjecta, & iis facultatem factam ordines a quo visum fuisse Episcopo petendi. Hanc facultatem cum fecerunt summi Pontifices, an absolverunt illa monasteria a jurisdictione sua? An Episcopos ordinis præbituros monasteriorum illorum Diaecesanos constituerunt? Ne aquam, causam ipse suppeditat Martenus: *Non ut Diaecesani, inquit, sed ut delegati a summo Pontifice agebant.* Nostra faciamus haec verba. Comvinciales Diaecesani Episcopi Galilæorum, *non ut Diaecesani, sed ut delegati a Diaecesano Galilæorum agebant.* Quare quemadmodum, ipso Marteno docente, Romano Pontifici sua in exemptos constabat petesta, et si vices suas aliis delegasset; ita sua constabant Galilæorum Diaecesano jura, et si vices suas Provincialibus delegasset Episcopis. Ponamus nunc, Galilæorum cœnobitarum Episcopum Diaecesanum non fuisse Archiepiscopum; constabit sibi perinde mea arguendi ratio. Hoc posito potuisset quidem Diaecesanus selecto a Monachis Episcopo facultatem facere illis *vice sua* ordines impertiendi; sed quia ille æqualis aut superior esset, non potuisset imponere necessitatem impertiendi. Quod si tamen uti concessa facultate visum fuisse, non Diaecesanum, sed *Diaecesani vices* egisset. Stetisset itaque & hoc in casu Diaecesani jurisdictione illibata: cuius enim vices aguntur, illius esse jurisdictionem & potestatem in confessu est.

*Martenus  
privilegiis  
corruptis  
& spuriis  
pugnat.*

X. Præter haec privilegia quatuor alia in arenam collocat Martenus, quibus, quod superioribus inani conatu tentatum vidimus, certior efficiat. Primum Stephani III. pro Diaecesani, secundum ejusdem summi Pontificis pro Nonantulensis, tertium Johannis IV. pro monasterio S. Salabergæ, & quartum ejusdem Johannis pro Luxoviensi. Plura superiori sœculo immunitatum monasticarum patroni jactitabant. Ex bullario Casinensi, tanquam ex equo Trojano, solida legio petebatur: Medardinum sufficiebant Epistolæ Gregorii M. Figiacense Stephani III. Acherius, Elnonense acta Antuerpiensia alia alii hujus furfuris innumera. quibus Bernardus testatur, multos suo tempore, non dico immu-

Vind.  
pag. 10.

immunitates illas abnormes propugnasse, sed plane ad eas grassatos esse. Numen eorum numerus, cum magnorum Criticorum censura, tum prudenti PP. BB. silentio tantopere est imminutus, ut in iis quatuor omnino repererit Martenus, quæ produci posse arbitratus sit. Sed ne hæc quidem ea sunt, quæ locum habere debeant, ubi de immunitatibus serio disceptatur. Id vero paucis est ostendendum.

Dionysianum Stephano tertio adscriptum & imprudenter ostentatur, quippe quod illud evertat, quo Monachis Dionysianis proprius Episcopus concessus dicitur, & iisdem, quo hoc, argumentis suppositionis manifesto convincitur. Nonantulensi nihil inde ponderis accedit, quod haetenus fucum fecerit multis, atque ipsis Alexandro Natali & Pagio probetur. Praescriptionis adversus veritatem nulla sunt jura. Anselmus Nonantulensis Abbas legitur in eo a summo Pontifice *consecratus*, & cuculla induitus secundum regulam S. Benedicti? Ubi in Nonantula S. Benedicti regula legas Abbatem cuculla cum in Abbatem benedicitur induendum? Ubi Abbatem benedicendum esse? legimus quidem capite 65. fuisse aliquibus in locis moris, cum Benedictus regulam conderet, ut Abbas & Praepositus ab Episcopo benedicentur; ne Praepositus benedicatur, statuit; an autem Abbates, instituti a se adornati a secllas, benedici velit, neque ipse dicit, neque Smaragdus, Boërius, Anonymus acri vir judicio, qui in bibliothecis S. Martini Coloniae & S. Laurentii Leodii Ms. extat, Martenoque in commentariis est illaudatus, neque Martenus ipse in hoc caput indicant. Decimorum & decimationum fit hoc in privilegio semel & iterum mentio; triginta scilicet annis antequam carum usum in Ecclesiam invexislet Carolus M. Sed infinitus sim, si hujus modi stigmata omnia recensem: finem & initium tantummodo spectemus. Ibi Stephani tertii annos videas, contra Constantini Imperatoris annos requiras. utrumque præter ætatis, præter Stephani morem. Hic & nullius & sequiorum seculorum formulas: *Stephanus servus servorum Dei* S. R. E. APOSTOLICUS. Est hoc nullius seculi, nullius summi Pontificis. Posteriorum sunt sequentia: *Anselmo religioso Abbativenerabilis monasterii sancti Silvestri siti Nonantula, territorio Mutinense*, ET PER TE IN EODEM MONASTERIO IN PERPETUUM. Johannis Papæ IV. bulla prima, quantæ vero ea sit auctoritatis hoc in studio, quæ cui concessa sit, nequidem scitur? Nam quod S. Salabergæ monasterio concessam dicit Martenus, hariolantis est. Nulla hujus monasterii in illa mentio, vestigium nullum, nullum in historia indicium illi concessam fuisse. At eruit ex codice Thuaneo ante octingentos annos exarato Mabillonius. Reverendos canos cernuus adoro. Sed tamen dudum observatum est ab Oudino, PP. BB. tæpiuscule fuisse justo liberaliores in codicum ætate computanda. Porcheronius anonymum Ravennatem Ms. septimo seculo adscribit, quem nunc post undecimum scriptum constat. Ne crabones irriteam, chartas a Germonio notatas prætero; chartam vero Plenaria securitatis aliquot, quam esset, secula antiquiore Mabillonio visam, non diffitetur ipse in Supplemento. De Marteno quid dicam? edidit specimen Triumphi S. Remacli & Vitæ S. Popponis Ms. codicum eadem manu exaratorum; eosque temporibus Henrici III. Imperatoris ex characterum habitu scriptos contendit. Verum lynceo oculo examinentur. Diphthongus Æ per simplex E scribitur, conjunctio ET per notam Zifrae nostræ 7. similem effingitur. Hoc observato, consulatur decima quarta apud Mabillonum tabula, quæ Henrici III. Imperatoris ætati respondet. In diversis, quæ continet, speciminibus nihil simile. Seculis sequentibus invaluisse hæc scriptio compendia, sequentes tabulæ docent. Tam est lubricum & aleæ plenum ex scripturæ forma de codicu-

*Principia  
Martini  
Privilegia  
sunt spu-  
ria; Dio-  
nysianni.*

*Johannis  
Papa IV.  
bullæ sunt  
item spu-  
ria.*

quitate statuere. Non est igitur, quod a Codicis Thuanei canicie Johannis IV. bullæ robur petatur ; cum a canis non sit certum ad ætatis senectam argumentum. Ad hæc cum in hac tum in Luxoviensi bulla loquendi colores sunt, quos Romanum solum ignorabat : *Nec enim nova postulantum vel indulgentium est auctoritas privilegii largiendi, dum profecto cuncti retro..... Rogitus vero Episcopus ipsius civitatis..... Domestici fidei.* Hæc sartago loquendi nunquam Ausoniæ, nunquam Pontificiam linguam infecit. Obtinebat ea apud populos Francorum sceptræ reveritos. Justo liberalior videar, si Luxoviensem bullam hoc uno obelo configam. Itud saltem agamus, ut unde educta sit, inquiramus. Primus edidit Mabillonius. *Ejus fragmentum invenit in CHARTACEO codice, Dervensis cœnobii*, quod his in verbis abrumpitur : *habeat facultatem in ipsum monasterium ingreditantum.* Porro cetera, inquit Mabillonius, *supplevimus ex Pontificiis diplomatis subsequentium Pontificum, qui iisdem pene verbis superiorum Pontificum, adeoque Johannis IV. privilegia confirmarunt.* En privilegii Luxoviensis incunabula ! Caput suppeditat *codex chartaceus*, proinde recentior; ventrem & syrma sufficiunt diploma unum seculi X. alterum seculi sequentis. *Specatum admissi.....* Quanquam enim Benedictus VIII. & Leo IX. prædecessorum suorum diplomata confirmant, attamen ut sciatur, an totidem verbis confirmant, deberent confirmata privilegia cum confirmatoris comparari. Ea autem non superare, fatebitur Mabillonius. Luxoviensium quidem immunitatum, quod recte advertit, meminit Marculfus, sed ita meminit, ut, qui ævi stylum noverit, intelligat, eas concessas esse ab Episcopo diocesano & comprovincia libus, non item ab Episcopo Romano. *Ab antiquitus, ita fert formula, juxta constitutionem Pontificum per regalem sanctionem monasteria sanctorum Lirinensis, Agaunensis, Luxoviensis..... sub libertatis privilegium videntur consistere.* Pontificum nomine venire Galliarum Episcopos, & regalis, quæ adjicitur, *sanc*tio**, & hæc ipsa formula, & aliae illorum temporum chartæ docent. De Romano cum erat sermo, unde id liqueret, addebatur aliquid. Quare ex hac formula non debebat arguere Mabillonius, Pontifices Romanos ante seculum septimum aliquod privilegium Luxoviensibus concessisse. Immo oppositum debebat arguere, quia in ea solummodo mentio privilegiorum ab Episcopis Galliarum concessorum. Sed tamen fuerint Luxoviensibus seculo sexto, aut etiam antea a Pontificibus Romanis concessæ aliquæ immunitates. Nonne immunitates monasticæ omnes, modico e capite initio scaturientes, fluviorum instar, longitudine temporis ita alveum extenderunt, ut cum Episcopalibus maribus subinde contendere non dubitarint ? Erant eæ contractiores seculo sexto, quam seculis decimo & undecimo. Quare per horum seculorum privilegia, etiæ superiorum confirmatoria, non possunt refici privilegia seculi sexti. Accedebat semper his, ex temporum consuetudine, aliquid, quod in illis non erat. Luxoviense Privilegium, ut est a Mabillonio refectum, tam primi & genuini arbitror esse simile, quam Babilonica turris, a Kirchero ædificata, aut templum Salomonis, a Villalpando aut Adricomio in chartis instauratum, celebria illa ædicia fideliter repræsentant. Hæc de Luxoviensi Johannis, ut jactabant, quarti Papæ privilegio. De alio, eidem etiam Johanni adscripto superioribusque omnino *consimili*, eoque Habendensi monasterio concessio, fatetur Mabillonius esse illud interpolatum. Probabilius ei videtur aliud ejusdem privilegii exemplum : in quo nihilominus *mendum* quoque reperit. Advertisit denique in eodem chartario, unde hoc diploma hausit, esse Henrici IV. Imperatoris instrumentum, in quo S. Romaricus legitur *Habendense monasterium Romanæ libertati & regali defensioni subjecisse.* Verum, inquit Mabillonius, illud mibi valde

*valde suspectum est.* Exhibit quoque Calmetus laudatam Joannis IV. bullam pro Habendensi monasterio ejusque adeo duo exempla rescribit in appendice ad tom. I. Historiae Lotharingicæ. Sed ita exhibit & excerpit, ut earum suppositio cuivis indubitate esse debeat. *Fertur*, inquit, *Johannes Papa quartus* Habendenses immunitatibus donasse. *Fertur*, dicitur. An vero, cum de Privilegii alicujus sinceritate agitur, in Scriptore Benedictino hæsitatio non idem præstat, quod in alio scriptore aperta condemnatio? Neque hæsitat solummodo corruptionis & alterationis palam laudatas bullas arguit. Clotarii fieri in uno exemplo mentionem, bullam plumbeam e membranæ fiscella pendere, Leonis IX. compendiis literariis subscriptam alteram, observat. Hæc vero totidem esse corruptionis & alterationis indicia, sine dubitatione pronunciat Scriptor Benedictinus.

Epist. lib.

I I. ep. 3.

Quibus autem de causis Calmeto & Mabillonio corruptæ, mendosæ & interpolatae sunt hæc bullæ? Quia in iis aliqua, quæ historiæ & ævi moribus repugnant. In quatuor privilegiis a Marteno adductis non aliqua, sed multa sunt, quæ eadem lue laborent. An vero hæc vasa quafla, refixos clavos, dimidiatas strigiles, an, inquam, hæc scruta scita in medium afferri, cum de imminunitatibus ecclesiasticis, de Episcopalibus juribus, de disciplina ecclesiastica, de rebus maximi momenti disceptatur? Cur hic non dicamus cum Gregorio M. *Si authenticam chartulam non videmus aut exemplaria, nil possumus facere?* Chartæ Regiæ autographæ seculorum VII. & VIII. superant innumeræ. Unus Mabillo- Concil. nius sexcentas eruit, earumque specimina ari incidi curavit. Quo fato factum Barcinon. est, ut ne una quidem *immunitatis plenariae* charta autographa ad nos perve- a. 540. A- nerit? ut ne una quidem sana & integra, sine macula & nævo exhibeat? Istud relat. V. c. saltem nobis immunitatum hyperaspistæ dent, ut fragmentis, quæ producunt, 2. 3. 5. auctoritatem accersant ex illorum temporum historia, conciliis, capitularibus. Aurelian. Sed est istud dudum petitus; haec tenus nemo præsttit; contra innumeri pro- 1. c. 9. & ducti cum conciliorum canones, cum Patrum effata, tum Regum capitularia, 1. c. 2. quibus repetitur & inculcatur Chalcedonensis concilii canon hic, nemini non notus: *Qui vere & sincere singularem sectantur vitam, competenter honorentur: quoniam vero quidam utentes habitu Monachi, Ecclesiastica negotia, civiliaque con-* capitula- *turbant. .... placuit quidem nullum usquam edificare aut constituere monasterium, M. lib. 11. vel Oratorii domum, prater conscientiam civitatis Episcopi. Monachos vero per c. 8. &* capitulo- *unamquamque civitatem aut regionem subjectos esse Episcopo, & quietem diligere, & ann. 789. intentos esse tantummodo jejuno & orationi.... nec propria monasteria deferentes: & 802.* Synod. *nisi forte his præcipiatur propter opus necessarium ab Episcopo civitatis.... Verumta-* Epaun. *men Episcopum civitatis convenit competentem monasteriorum providentiam gere-* capitulo- *re.... Clerici, qui præficiuntur ptochodochiis, vel qui ordinantur in monasteriis & Basi-* ria Caroli *licis Martyrum, sub Episcoporum, qui in unaquaque civitate sunt, secundum Patrum* M. lib. 11. *traditiones, potestate permaneant, nec per contumaciam ab Episcopo suo dissiliant.*

His ego verbum non addo. Martenus, ut jura Episcopalia labefactaret, duum generum instrumenta protulit. Eorum aliqua suæ integratitudine redditæ, & recte intellecta cum Marculfiana formula convenire, proinde a me facere, ostendi; alia dubia, interpolata, spuria, proinde nullius ponderis demonstravi esse. Plura, ut præstarem, præiens institutum non postulabat. Potuissent tamen facile præstari. Nam quam plura hanc in rem, quæ conciliorum, capitularium & veterum scriptorum lectio saepius repetita suffecit, seposita habeo: plura, si ad manus esset, sufficeret Thomassinus, quem eandem mecum tueri sententiam a Marteno non invitus intellexi. Tanti enim viri hac in re nomen adversariorum omnium, quippe quos partium studio laborare, proque sua domo scribere constat, auctoritatem inducit.

## C A P U T VI.

*Abbates Malmundario - Stabulenses Principis S. R. I. dignitatem  
non privilegio, sed consuetudine & usu Regni ita fe-  
rente consequuntur.*

Publici-  
starum re-  
cepta sen-  
tentia.



Ruditissimus quisque hujus Germaniae nostrae scriptor in ea est sententia, Abbates & Episcopos, qui *Principis* in Imperio Romano-Germanico axiomate & iuribus illustres sunt, ornamentum hoc consecutos esse, non diplomate & privilegio aliquo, sed usu, consuetudine, legibus, atque ipsa Imperii vel Regni indole ita postulante.

Quod si enim ab ipsis Carolingicæ familiae initiis annales evolvimus, advertimus Episcopos & Abbates eos, quorum successores nunc Imperii Principes audiunt, ad comitia & placita vocatos, in gravioribus negotiis adhibitos, suffragiis suis eorum definitionem, copiis & facultatibus, quin & sua quandoque præsentia executionem promovisse. Ita Francici Imperii forma ferebat, ab ipsa ducatum & regnum in his terris prima institutione originem sumens. Jam vero Imperii *Principes* eos nuncupamus, *qui in comitiis voto & sessione gaudent*. Nomen ipsum sub Carolingis necdum eodem, quo nunc, significatu, obtinebat; *Pri-  
mores, Majores, Seniores* appellabantur: obtinebat vero, quantum tempora ferebant, res ipsa. Extincta familia Carolingica crevit Episcoporum & Abbatum in comitiis & regno auctoritas. Seculo XII. frequentatum *Principis* nomen sequentibus invaluit. Seculo decimo tertio Electoris axioma, nullo auctore, sed ipsa Imperii forma ita moderante ad paucos redactum; inde aliqua *Principes* inter & Electores distinctio. Seculis secutis ea, quæ haec tenus in Imperio usu & consuetudine viguerant, in literas auctoritate publica redigi cœpta. Qui Duces, qui Electores, qui *Principes* votis capitatis; qui minorum gentium Dii votis curiatis gauderent, ex superiorum temporum usu & consuetudine definitum.

Hanc se-  
cundus ne-  
gavi. &  
Abbates  
Stabulen-  
ses & ali-  
os privile-  
gio Prin-  
cipis dig-  
nitatem  
assecuratos.

Hæc ego attendens scripsi, *Principes* Stabuleto - Malmundarios, eadem atque reliquos Imperii *Principes* Ecclesiasticos conditione usos, consuetudine & usu, non item privilegio aliquo, inter Imperii *Principes* relatos. Oppositum antea scriperat Martenus; quod inadvertenti excidisse putabam. Forte etiam re ipsa exciderat; ne vero vel leve hoc inadvertentia peccatum peccasse videatur, nunc pro aris & focis tuerur, atque in me, qui aliter censuerim, acriter invehitur. Meis verbis rescriptis, quia meam sententiam certam pronunciaram, hic, inquit, *mihi audire videor Magistrum e pulpite loquentem*. Unde vero hanc haesit certitudinem, cum contrarium sit CERTISSIMUM? Quæ infra tonat, eadem & pelvit tonat. Negat Rodericus, *Abbates*ullo unquam privilegio *Principis* dignitatem obtinuisse, sed usu & consuetudine. Verum quid non negaret vir audacissimus? Ergone potioris erant *Abbates* conditionis Episcoporum conditione, quibus pariter ex privilegio indultum *Principis* gradum fuisse, multis demonstrare possemus publicis instrumentis? Quid ad hos mellitos verborum globulos, verbaque quasi sesamo & papavere sparsa? Quid iis, quæ CERTISSIMA sunt, quæ multis publicis instrumentis demonstrari poslunt, opponet Rodericus? Omnino eruditio cuivis atque in rebus Germanicis versato actum agere videbor, si Martenum confutare aggressus fuerit. Sed male haberet moderatissimum Scriptorem, si ejus rationes ne brevi quidem examine dignaremur. Demus istud illius de republica literaria grandibus meritis, demus singulari moderationi, ut ne inauditum dimittamus, ut interroganti respondeamus.

Fatior

Fateor igitur in ipso limine, cum recte disputare, cum Abbates cum Episcopis componit atque contendit, illis Principis axioma obtigisse privilegio, si his Martenus  
cadem via obtigerit. Quis enim dicat, meliorem fuisse Abbatum, quam Episcoporum conditionem? Porro Principis gradum Episcopis Privilegio collatum, strumen-  
tis publi-  
cis demon-  
strare pos-  
se simul-  
que fate-  
tur ea sibi  
deesse.  
Fateor igitur in ipso limine, cum recte disputare, cum Abbates cum Episcopis componit atque contendit, illis Principis axioma obtigisse privilegio, si his Martenus  
cadem via obtigerit. Quis enim dicat, meliorem fuisse Abbatum, quam Episcoporum conditionem? Porro Principis gradum Episcopis Privilegio collatum, strumen-  
tis publi-  
cis demon-  
strare pos-  
se simul-  
que fate-  
tur ea sibi  
deesse.  
Fateor igitur in ipso limine, cum recte disputare, cum Abbates cum Episcopis componit atque contendit, illis Principis axioma obtigisse privilegio, si his Martenus  
cadem via obtigerit. Quis enim dicat, meliorem fuisse Abbatum, quam Episcoporum conditionem? Porro Principis gradum Episcopis Privilegio collatum, strumen-  
tis publi-  
cis demon-  
strare pos-  
se simul-  
que fate-  
tur ea sibi  
deesse.  
Fateor igitur in ipso limine, cum recte disputare, cum Abbates cum Episcopis componit atque contendit, illis Principis axioma obtigisse privilegio, si his Martenus  
cadem via obtigerit. Quis enim dicat, meliorem fuisse Abbatum, quam Episcoporum conditionem? Porro Principis gradum Episcopis Privilegio collatum, strumen-  
tis publi-  
cis demon-  
strare pos-  
se simul-  
que fate-  
tur ea sibi  
deesse.  
Fateor igitur in ipso limine, cum recte disputare, cum Abbates cum Episcopis componit atque contendit, illis Principis axioma obtigisse privilegio, si his Martenus  
cadem via obtigerit. Quis enim dicat, meliorem fuisse Abbatum, quam Episcoporum conditionem? Porro Principis gradum Episcopis Privilegio collatum, strumen-  
tis publi-  
cis demon-  
strare pos-  
se simul-  
que fate-  
tur ea sibi  
deesse.

Si Germaniae, inquit, Episcoporum aut Abbatum tabularia penetrare liceret, plura hujusmodi Imperatorum diplomata, quibus eos Principis dignitate ornant, reperire possemus. Est hic summa animi contentionē & diligentī attentionē opus. Si Germaniae tabularia penetrare liceret, posset reperire. Posset; igitur necedum reperit; necedum aliquod e Germaniae tabulariis petitum instrumentum vidit, quo Episcopo aut Abbatii Principis axioma conferatur. Delicias hominis! Faretur, se ejusmodi instrumentum nullum vidiisse, nullum habere, & tamen affirmat pagina eadem posse se ejusmodi publicis instrumentis, quod contendit, demonstrare. Jam fidem Marteno habe, jam illustris Benedictini vigilias reverere. En ho-  
minis eruditī disputationem: Possūm hoc publicis instrumentis demonstrare. Profer publica instrumenta. Desunt; reperire possem, si Germaniae tabularia penetrare liceret. At ea necedum penetrasti, penetrabis nunquam; igitur, quod te demonstrare posse ajebas, neque potes, neque poteris unquam demonstrare. Expende disputandi rationem, exacta est ad dialecticam amissim.

Verum, quo auctore scit, se ejusmodi instrumenta in tabulariis Germaniae invenire posse? Quo indice cognovit ibi esse; nisi enim sint, reperi non poterunt? Havelbergensia, Halberstadensia, Hamburgensia, Bremensia, Magdeburgensia tabularia excusserunt Ludewigii, Leuckfeldii, Lindenbrogii, Lambeccii, alii. Paderbonensia, Corbeiensia, Moguntinensia, Spirensia, Argentenensia, Laguillius, Lehmannus, Serrarius, Johannis, Schatenius, Furstenbergius. Browero, Mafenio, Hoffmanno, Gretsero, Chapeavillo, Frisio Wirzburgensia, Leodiensia, Bambergensia, Trevirensia accepta referimus instrumenta. Schannato, Browero & Pistorio Fuldenia. Prumiensia & Stabulensis Brouero, Knauffio atque Marteno: aliorum Archivorum instrumenta aliis scriptoribus; eorum collectionem utilissimam Lunigii nunquam interitus curis. Horum autem auctorum quis unus diploma unum, quale narrat Martenus, indicavit? quis unum edidit? Est ne cuiquam verisimile inter se consiprasse, ne ederent, si invenissent? Est ne verisimile, si fuerit, non invenisse? Unum hoc restat, ut dicamus omnes omnium actatum & archivorum vermes muresque pacto foedere atque inita conspiratione hujusmodi instrumentis genuinum impegnisse, ne ea unquam adversus me possit producere Martenus. Hercle! validiori argumento suam sententiam jugulare, meam confirmare non poterat adversarius, quam tam aperte fatendo, simile aliquod diploma a nomine unquam indicatum aut editum. Est enim inde certum, nunquam extitisse, proindeque, quod contendō, Episcopis & Abbatibus, qui hodie Principis axiomate clarent, non esse illud lege aliqua scripta aut privilegio, sed usū, sed Imperii legibus & indole tributum. Cum vulgus Salesios, Borromeos, Xaverios, alios, solenni ritu inter cœlitæ relatos audit: eodem apparatu arbitratur Paulos, Petros, Polycarpus Sanctis adscriptos. Eodem ex fonte diplomata Julii Cæsaris & Neronis pro domo Austriaca; Gregorii V. pro septem Electoribus. Aliquæ in Imperio dignitates posterioribus seculis peculiaribus privilegiis con-

Vind. Pag.  
47.Neque ve-  
ro extant.  
publica in  
strumenta,  
quibus  
Germania  
Episcopi.  
S. R. I.  
Principes  
creatis sint.

cessae sunt : hinc insita vulgo opinio, omnes eodem modo concessas. Adversarium profano vulgo non accenseo ; arguit tamen & disputat ex vulgi dialectica.

*Wapin-  
cense a  
Martenio  
laudatum  
et adver-  
satur.*

*Coll. am-  
pliss. tom.  
II.*

*Adversa-  
tur item  
Einsid-  
lense.*

Sed illi fere injuriam feceram invitus. Duo enim omnino profert instrumenta, quibus systema suum fulciat. Sed quænam illa ? Non ex Episcopali aliquo aut Abbatiali Germaniæ Tabulario petita ; non alicui conceitâ Abbati aut Episcopo, cuius successores Principum in albo emineant. Cassa igitur & inania. Sed hoc postremo loco ; instrumenta ipsa attendamus. Forum alterum est Friderici Imperatoris Gregorio Episcopo Wapincensi concessum. Ait in eo Imperator : *Notum fieri volumus, qualiter nos venerabili viro ac dilecto Principi nostro Gregorio Wapincensi Episcopo, accepta ab ipso fidelitate & hominio, omnia regalia per legitimam investituram concessimus, quæ ipse & Ecclesia sua ab Imperio tenere debet... Datum apud Arelatem anno M.C.LXXXVIII. Indictione XI. calendas Augusti mensis.* His verbis, Marteni judicio, *Episcopus Wapincensis a Friderico Imperii Princeps factus est & institutus.* Sed Marteni judicio seposito, cordatorum & candidorum Virorum super iis judicium requiramus. Aliud est, ut receptis verbis uti pergam, investire aliquem principatu & regalibus, alicui Ecclesiæ debitâs, aliud aliquam Ecclesiam Principis dignitate & Regalibus semper in ea mansuris donare. Postremum qui præstat, is illius Ecclesiæ præfulem dicitur Principem creare aut facere. Primum qui præstat, is debitum alicui præfuli per electionem aut nominationem Principis axioma illi confirmat, is eum illo investit. Hoc, quod tyronibus & tonsoribus in Germania nostris perspectum est, an ignorarit, an dissimularit Martenus, non examino. Facit ad institutum meum perinde, an mala fide an ignorantia peccarit. Mihi istud sufficit, quod manifestum sit, hoc instrumento non creari, sed investiri principem. De genere hoc sexcenta proferre potuerat. Literis investituræ libri scatent ; ipse alias edidit, quibus Princeps Stabuleto-Malmundariensis investitur de Regalibus monasteriorum Stabulensis & Malmundariensis. Laudo tamen quod plura non protulerit ; Wapincense edendo causam suam plusquam res postulabat prodidit. Si perspectum ei fuisset Rudolfi I. diploma anno 1274. Ulrico Abbatii Einsidlensi concessum, & ab Hartmanno in ejusdem monasterii annalibus pag. 260, rescriptum, majori illud similitudine veri mihi opponere potuisset. In eo Rudolphus *Nos, inquit, speculo circumspectionis regiae speculantes honoriscentiam venerabilis Abbatis Ulrici memorato monasterio Abbatie titulo præsidentis eundem collegio nostrorum Principum aggregantes, sceptro Regio Principatus apicibus fecimus insignitum.* Hartmannus loco laudato, Heiderus in actis Lindaviensibus pag. 52. Vitriarius lib. 1. tit. 15. in hoc diploma intendentis arbitrantur eo *Principis titulum* Abbatii Einsidlensi tribui. Hos si secutus esset Martenus, habuisset saltem sententiæ suæ auctores : sed tamen errantium numerus veritati non officit. Relegantur ea, quæ in diplomate præcedunt, liquebit, hoc diplomate, perinde ac Wapincensi, Abbatem Einsidlensem de suæ Abbatie Regalibus investiri. Ita enim Rudolphus : *Cum laudatum monasterium tanti honoris a divis Imperatoribus & Regibus nostris prædecessoribus promeruerit incrementum, ut quicunque prædicti cœnobii debeat Abbas existere, idem imperiali sceptro a Romanorum Rege de administratione temporalium investitus Principum confortio debeat refulgere..* Hæc, inquam, mihi quis relegat ; Ulricus de temporalibus alicujus monasterii investitur, cuius hæc est prærogativa, ut ejus Abbes *Principum* in albo refulgeant. Non itaque Rudolphus Einsidlensis *Principis* axioma consert : contra testatur id illis deberi, competere. Quare etsi indubie Martenus diploma hoc, si perspectum habuisset, in rem suam laudaturus erat, fuisset tamen frustra laudaturus.

turus, cām, ut modo dicebamus, aliud sit *investire*, aliud creare Principem. *Urum pro-*  
 Nunc in alterum ejus instrumentum oculos conjiciamus. Omnino hoc diplo-*datur*  
 mate Imperator Rudolphus ad plen& perpetue libertatis & exemptionis indicium *privilegi-*  
*statuit & vult, ut Jacobus Archiepiscopus Ebredunensis & quilibet illius successor ejus, um, quo*  
*Imperatoris Rudolphi, sit tricamerarius & IMPERII PRINCEPS carissimus & secre-*  
*tarius palatii, sive Imperialis aula Consiliarius specialis.* Planum hoc & luculen-*copus S.*  
*tum instrumentum ultro recipimus. Quantum prima fronte a Marteno facere R. I. Prin-*  
*cepis effici-*  
*videtur, tantum patebit statim adversus eum pugnare. Consideranda sunt so-*  
*lummodo locus, tempus, & is cui concessum est.* *tur.*

*Provincia Narbonensis*, quæ subinde Regni Burgundici, demum Regni Arela-*Id Marte-*  
*tensis nomine insignita est, queque habet ab oriente Alpes Cottias, inter quas &* *n* *adver-*  
*mare sunt hæ Provinciæ, Arelatensis, que caput est regni; Viennensis, quæ Cancella-*satur. Ger-*  
*ria regni gaudet;* Tarentasiensis, Ebredunensis & Aquensis, & pro aliqua sui parte vas. Til-*ber. Otia.*  
*Lugdunensis & Bisuntina, Caroli M. & Ludovici Pii temporibus eundem atque ber.* *Imp. c. X.*  
 Germania Regem reverebatur. Divisio regni, anno 843. facta, illius partem  
 alteram a Germaniæ regno abscedit, secutorum temporum turbæ subinde to-  
 ram a Germaniæ regno separarunt. Boso Arelatensem Burgundiam regis nomi-  
 ne tenuit, Cisararicam Rudolfi I. & II. dein Conradus, qui Hugonis ope Are-  
 latensem Burgundiam Bosonis nepoti Constantino erectam Cisararicæ reddidit,  
 atque hoc tacto Burgundicum regnum suæ integritati restituit. Conrado suc-  
 cessit Rudolfus III. Ottonum temporibus. Sub his Regibus Burgundiæ sive  
 Galliæ Cisalpinæ regnum a Germania separatum, nullius alterius, quam Re-  
 gum suorum leges & sceptræ colebat. Rudolphus, cum improles esset, regnum  
*Burgundicum Conrado Imperatori tradidit, quod a tempore Arnolphi Imperatoris, per*  
*annos plusquam centum triginta gentis suæ Reges tenuerat, sicque Burgundia iterum*  
*redacta est in provinciam & Imperio reddita.* Ita Sigebertus Gemblacensis ad an-  
 num 1034. & alii passim Scriptores. Burgundia cum gentis suæ Regibus pare-*Est enim*  
*ret, intelligitur facile rationes suas sejunctas habuisse a Germaniæ regno. Erant* *concessum*  
*in ea Majores & Minores regni, a quibus Conradus Wippone teste, electus est* *Episcopo,*  
*qui non* *in Purificatione S. Mariae, & in ipsa die pro Rege coronatus.* Erant Primates regni, erat im-  
 quibus, scribente eodem Wippone, rogantibus Conradus Imperator filio suo reg-*mediatum*  
 num Burgundiæ tradidit. *Quem Episcopi cum ceteris Principibus &c.* Erant ita-*Imperi*  
 que & in ea Principes, quibus Episcopi accensebantur. Sed erant regni Burgun-*membrū.*  
 dici, non item imperii Principes, Majores, primates. Quod Principis axioma co-  
 dem modo asscuti erant, quo supra dicebamus obtineri solitum in universo  
 Francorum regno. Ab Henrico III. sub ejus successoribus Henricis IV. & V.  
 Lothario II. & Conrado III. Burgundiæ regnum rationes iterum suas a Germa-  
 niæ regno pedetentim, atque in dies magis sejunxit, dum tandem sub Friderico  
 I. Beatricem Burgundam ducente, anno 1157. Imperio iterato redditum est.  
 His temporibus, cum ab Imperio sejunctum erat, ejus Principes non erant im-  
 perii Principes. Neque vero Imperii Principes esse cœperunt, cum iterum Im-  
 perii leges & jura colere cœpit. Burgundia, hac conversione facta, haud secus  
 ac Bohemia spectanda venit, cuius caput Imperii Princeps est, quin subditi huic  
 capituli Principes eodem honore fruantur. Cujus rei hæc est causa, quod Prin-*Qui im-*  
 cipes Provinciarum hujusmodi Imperio junctarum non per se, sed per caput Im-*mediate*  
 perio jungantur, aut ut verbis receptis utar, mediate non immediate regnum  
 respiciant. *imperium*  
*respicie-**

His ita observatis intelligitur facile, quare Ebredunensis Archiepiscopus ad *bant pri-*  
*Principis in Imperio axioma per privilegium Imperatoris sibi gradum fecerit. vilegio*  
*Scilicet antea non fuerat, quia membrum regni ab Imperio separati; quod reg- non indi-*  
*num gebant.*

num cum Imperio redditum est, Imperii Princeps non evadebat, quia mediate tantum, id est per regni Burgundici caput, cui immediate suberat, imperium respiciebat. Quare si Imperii Princeps evasurus erat, quia regni indoles id non permitteret, unum hoc restabat, ut per privilegium evaderet. Ex adverso cum Episcopatus & Abbatiae regales, haud secus ac Duces & Principes seculares Imperio immediate connecterentur, hoc ipso patet illis via ad comitia Imperii, hoc ipso voto & sessione fruebantur, & proinde iis omnibus gaudebant, quibus Principis S. R. I. dignitas aditur & absolvitur. Quare illud, quod adversus me protulit Martenus instrumentum, adversus eum apertissimo marte militat. Ille ita disputabat: Archiepiscopus Ebredunensis Regni Burgundici membrum, Principis S. R. I. axioma privilegio asseditus est, igitur Germaniae insigniora membra Episcopi & Abbates idem axioma etiam privilegio assedita sunt. Jam vero ex superioribus patet alia omnino ratione disputandum esse, atque ita argendum: Regni Burgundici membra ad dignitatem Principis Imperii privilegio pervenerunt, igitur membris Germaniae, ut eo pervenirent, privilegio opus non fuit. Nam illis ideo privilegium erat necessarium, quia Imperium non contingebant immediate, his, qui immediate illud contingenter, ex rationis diversitate, privilegium non erat necessarium.

Abbatiae aliæ erant Regales, aliæ Episcopales; aliæ Ducum & comitum leges & jura colebant. Quæ hactenus disputavi de Abbatibus in album Principum relatis, eos solummodo spectant, qui Regalibus præsident abbatii. Nam ad Abbes Episcopali aut Ducali monasteriorum quod attinet, eodem sunt pede metiendi, quo Præfules Burgundici aliive Imperium per sua tantummodo capita attingentes. Ad placita Ducum & Episcoporum suorum ventitabant; ad placita autem & comitia Regni veniendi jus illis nullum. Quando itaque ne quidem *status* regni erant, ab ipsa indole & conditionis suæ ingenio a Principum Imperii dignitate removebantur. Ad eam non poterat iis gradus fieri, nisi eximus Imperatoris favor, quod conditionis fortuna negabat, privilegio concederet. Factitatum id aliquando esse superiorum temporum Annales docent. Monasterium S. Emmeramni Ratisbonæ, in ipsis incunabulis Episcopale, conditionem non mutavit seculis octavo & nono. Sexcenta argumenta sufficiunt *Codex Diplomaticus Ratisbonensis*, *Traditiones Emmeramenses & Anamodi a Pezio editæ*. Wolfgangus, qui anno 968. Episcopus renuntiatus est, primus, nomine Abbatis, quod hactenus Reganenses Antistites Episcopali conjunxerant, abdicando illudque cum dignitate patrueli tradendo, Emmeramnensibus ansam præbuit Episcopale dominium declinandi. Factum est id sensim, fuitque plusquam unius seculi labor. Tandem, quia natura negabat, sub Henrico Imperatore ab ejus filio, tunc Bohemiæ Rege, Principalis dignitas est illis acquisita, specialis privilegii beneficio. Verum magna est vis naturæ, ne furca quidem semper expellitur. Emmeramnenses, etiæ Imperatoris privilegio inter Principes Imperii relati, tamen locum & sessionem inter eos non obtinent. Tam est istud certum, eos quibus hoc honoris competit, non privilegio aliquo, sed ab ipsa conditionis suæ natura illud consecutos esse.

Necdum huic de Abbatum & Episcoporum Principis S. R. I. axiomate disputationi per Martenum finem facere licet. Unde illius initium ductum, eo redeundum est. Carolingorum ævo Regni Francici ordines bifariam dividebantur. MAJORES alii erant seu SENIORES, MINORES alii seu JUNIORES. Illorum erat super gravissima quæque Regni negotia consultare. Idem Majoris aut Senioris ordinis illustres proceres, primores & optimates audiebant. Quando autem Abbes & Episcopi inter Majores seu Seniores suffragia ferebant, horum illos numer-

numero accensui, inter Proceres, Primores & Optimates eos collocavi. Neque vero Hincmarum Duce m sequitædet. Hoc ornamenti, ut Episcopis & Abbatibus detrahatur Martenus, fatetur quidem, ad regia cum Principibus & proceribus colloquia admissos. Verum, inquit, hoc dignabantur honore, quia sanctitate & doctrina, quia longo rerum usu, quia ingenio & ceteris ingenii laudibus preponerentur; nec tum generis aut dignitatis, sed solius virtutis ratio habita, cum humiles Monachi pariter sint a Regibus vocati & consulti, quos senioris dandi consiliū judicabant capaces.

Adhibitos quandoque a Regibus ad consilium Monachos, stilitas, anachoretas, *Abbates*  
aliros, sanctitatis opinione claros, sciebamus: sed hoc hic non quærebatur; de co-*& Episcopi*  
mitiis, de placitis agimus, quibus qui interesset deberent, non tam a Regis pen-*sub Caro-*  
debat arbitrio, quam ab Imperii forma, indole, legibus. Carolingorum ævo co-*lingis co-*  
dem jure comitiis intererant Episcopi & Abbates, quo Duces & Comites. O-*mutia fre-*  
mitto antiquiora: Anno 742. *Carolomannus per consilium sacerdotum, Religiosorum, & Optimatum ordinavit, per civitates, Episcopos.* S. Bonifacii vita per Othlo-*quentant*  
num. Anno 750. *Pippinus una cum Optimatibus vel Pontificibus, Apostolicis Patri-*ut Duces**  
*bus resedit ad universorum causas audiendas, vel recto iudicio terminandas.* Mabil-*& Comi-*  
lonius de Re Dipl. lib. 6. Pippinus cum consensu Francorum & Procerum suorum, seu  
& Episcoporum, regnum Francorum... divisit. Sub Carolo M. Conventus Gene-  
rales saepius congregatos legimus: in iis Episcopos & Abbates semper offendas.  
Mortuo fratre Episcopi, Abbates, Comites & Duces, qui fuerunt fratris sui, ad eum  
adierunt. Annales Pithœani ad an. 771. Morti proximus habitus generali con-  
ventu filium suum Imperialis nominis confortem fecit. Adelmus Benedictinus ad  
annum 813. Qui vero generalem hunc conventum composuerint, edidit The-  
ganus: *Episcopi, Abbatibus, Ducibus, Comitibus loco positis habuit grande colloquium.* Sub Ludovico Pio frequentissimi conventus generales: in iis item Episcopi &  
Abbates suis suffragiis gaudentes. Adeo Episcopi in conventu anno 833. in  
charta depositionis Ludovici ita de se loquuntur: *Nos Episcopi super Imperio Do-*  
*mini & glorioissimi Lotharii Imperatoris constituti.* Sed unus pro omnibus nobis  
sit Hincmarus Epistola ad proceres Regni: *sub Ludovico Pio,* inquit, *bis in anno*  
*placata tenebantur; unum, quando ordinabatur status totius regni, ad anni vertentis*  
*spatium..... in quo placito generalitas universorum, MAJORUM tam Clericorum,*  
*quam Laicorum conveniebat: SENIORES, id est Majores, propter consilium ordinandum;*  
*MINORES propter idem consilium suscipiendum. Seniorum susceptacula sic in*  
*duobus divisa erant, ut primo omnes Episcopi, Abbates &c. En Abbates ad comitia*  
*vocatos, locum suffragium in iis habentes, haud fecus ac Duces & Comites. En*  
*eos inter Seniores & Majores regni recensitos; en eos proceribus, optimatibus & pri-*  
*moribus annumeratos, nam & hi tituli, ut dixi, majorum ordinum proprii. An*  
etiam *Principibus?* Quæstio est de voce. *Principis* nomen saepius tribuebatur  
*Ordinibus regni Majoribus,* qui clerici non erant; ad rem quod attinet, cum E-  
piscopi & Abbates, non modo iisdem ornamentis & juribus, quibus Majores lai-  
ci gauderent, sed plane primi essent ordine, ante eos locum caperent & nomi-  
narentur, res ipsa *Principis* iis negari non potest. *Principis* nomen tribuit eis Hel-  
moldus lib. Chron. Slav. Lambertus Schaffnaburg. pag. 192. sub Principum no-  
mine comprehendit Episcopos, Abbates, Duces, Comites. In jure feudalí Germanico distinguntur Principes seculares ab Ecclesiasticis: *Die Layen Fur-*  
*sten.* Cap. 1. Vidimus supra a Wippone regni Burgundici status ecclesiasticos  
ejusdem regni Principibus annumerari. Quanquam neque *Majoribus* aut *Senio-*  
*ribus* laicis *Principis* nomen eo significatu competit, quo nunc, cum maxime  
proprie loqui volumus, S. R. I. Principes dicimus. Erant fere synonymæ voces  
haec: Principes, Proceres, Primores, Optimates, Majores, Seniores. Cui res con-  
venie-

*Erant ita-*  
*que, per in-*  
*de ac Du-*  
*ces, Prin-*  
*cipes*  
*Regni.*

veniebat per harum vocum aliquam significata , conveniebat etiam significata per alias. Carolingis extinctis Comitatus & Ducatus & Marchionatus jure hæreditario familiis affigi cœpti ; iisdem temporibus , quæ ex superiorum Regum munificentia *superioritas territorialis* Episcopis & Abbatibus sensim accelerat, Ottonum liberalitate immane quantum aucta, ad culmen pervenit. Hinc Episcopi, Abbates & Duces non solum voto & sessione in regni comitiis & placitis gaudere , sed & feuda & regalia beneficij titulo ab Imperio tenere. Quare secutis temporibus non solum ad voti & sessionis jura , sed etiam ad feudorum & regalium magnitudinem , cum de Principis dignitate actum , attendi cœptum. Inde factum , ut potentiores Abbates Principis locum tenuerint , reliqui suffragii curiatis duntaxat gaudeant.

*Principalis dignitas Abbatibus non obvenit a Schismatis Imp.*

Martenus ut de S. R. I. Principibus ea scribat , quæ haetenus omnibus eruditis indicta fuerunt , & deinceps erunt , hariolatur Principis axioma primum ab Imperatoribus Schismaticis concessum , qui , inquit , ut *Episcopos & Abbates* , *quorum magnatum apud populos auctoritas fuit* , in suas partes alicerent , *speciosò hoc Principis titulo eos inescarunt*. Multi fuerunt Imperatores , quibus Monachorum religiosa modestia *Schismaticis* nomen fecit. De quibus Marteno sermo est : de Henricis , Fridericis ? de quibus Henricis ? de quibus Fridericis ? Aliquot sæculorum spatium sibi paravit Martenus , ne labirynthis errori condendi locus desit. Sed , quæ eorum , qui studio errant , juxta pæna est , iis ipse Dædalus noster se non evolvet. *Quod vero* , prosequitur , *Stabulenses Abbates spectat* , *primus omnium Wibaldus Principis dignitatem consequutus videtur* , *postquam Corbeiae Novae Abbas esse cœpit* , *ex quo factum est* , *ut Stabulenses Corbeiensesque Abbates pro uno duntaxat Principe computentur*. Principis axioma , ejus judicio Episcopis & Abbatibus primum ab Imperatoribus Schismaticis concessum est ; Wibaldus Stabulensis Abbas primus hanc dignitatem consequutus . Quis igitur Imperator Schismaticus , post vindicem Religiosum fas sit hoc nomine uti , sub sole erat Wibaldi temporibus ? Sub Lothario Abbas Malmundario-Stabulensis renunciatus est , Corbeiensis sub Conrado , obiit sub Friderico Barbarossa anno 1156. eo scilicet tempore , quo hunc Imperatorem nemo adhuc Schismaticum nuncuparat. De Conrado & Lothario certum est , nullius eo processisse calumniam , ut corum nomen hoc epitheto aspergeret. Ita secum Martenus pugnat , ut tutius cum veritate pugnare possit. Ex quo Wibaldus Corbeiensis Abbas factus est , *Stabulenses & Corbeienses Abbates pro uno duntaxat Abbate computantur*. Nova , paradoxa , verbo dicam , falsissima. Evolvat mihi quis Imperii Recessus , Circuli Acta , Comitiorum Votá , Cameræ Taxam , Matriculam Imperii ; videbit Corbeienses Abbates a Stabulariis semper secretos , hos perinde ac illos suis peculiaribus votis & sessione in Comitiis & Circulo gaudere. De lunæ incolis & Principibus , si ita scriberet Martenus , censoriam fortassis virgam cohiceremus. Pergamus. Wibaldum inter Abbates Stabulenses primum Principis axioma consequutum cum dicit , eadem corda oberrat. Hoc enim quo teste ? Innumera superant Wibaldo concessa diplomata Pontificia & Imperatoria , ejus innumeræ ad alios & aliorum ad eum epistolæ ; nullibi Princeps appellatur. Quando neminem Principem dicere sustiner , nisi in Imperitorio aliquo diplomate Principem nuncupatum videat , & a Wibaldo & ab Eribaldo successore , eodemque fratre aliisque secutis Abbatibus hoc axioma removere eum oportebat. Sed , tanta est vis veritatis , Wibaldum aliosque illius ævi Abbatiarum Regalium Abbates regni comitiis interesse , feuda ab Imperio regalia tenere , investiri videbat : rem ipsam , & Principis insignia palpabat. Inde factum , ut ei Principis nomen tribueret. Recte omnino. Verum advertere debebat , hæc omnia ornamenta in prædecessoribus , in aliarum Regalium Abbatiarum

Præfulibus fuisse. Advertit istud in Fuldenibus Schannatus Historiæ Fuldensis pag. 68. Operæ parum postulabat hæc observatio, sed postulabat animum partium studio vacuum; hunc si habuisset Martenus, illam si adhibuisset, intellectus illico, & Stabulenses & aliarum Abbatiarum Abbates ad Principis in S. R. Imperio culmen non privilegio, sed consuetudine & ipsius regni indole evectos. quod demonstrandum suscepimus.

## C A P U T VII.

*De Triumpho S. Remacli & ejus Authore.*

 Ranslatum abs S. Annone corpus S. Agilolfi Malmundario Coloni-  
am, separatum anno 1065. a Stabulensi Malmundariense cœno-  
bium atque eidem Archiepiscopo dono datum, fuisse vero post  
quinquennium anno scilicet 1071 pristino redditum statui, Aucto-  
rum fide dignorum testimonio habemus. Rem totam duobus

libris, Triumphi titulo inscriptis, comprehendit Monachus Stabulensis, qui ejus gestæ spectatorem, aut auditæ testem se præfert. Quia autem cum Malmundarienses tum S. Annonem maledictis atrocibus proscindit eorumque nomini maculas adsperrit nullo ævo delendas, examinandum putavi, quantum ei fidei esset habendum. Nemo est qui nolit de mortuis perinde ac vivis ex vero aut bene aut male sentiree.

In ipso limine prodit sese luculentissimum partium studium atque inexplebilis maledicendi prurigo. Neutrum inficiari sustinet Martenus; inde fidei haud parum Auctori detractum. Est enim necesse, cum errare in causis rerumque finibus explicandis, cui perinde non est, rectæne an pravæ sint. Adeo non raro contingit, ut qui hoc fermento corruptus fuerit, non modo in causis & finibus enarrandis hallucinetur, sed etiam fingat aut, nimia crudelitate, narrata recipiat, queis calumniam, quam struit, reddat verisimiliorem. Atamen auctor æqualis est, visa aut audita recitat. Ita quidem ipse præfert. Credit chapeavillus, qui primus edidit. Credunt Stabulenses & Malmundarienses, Mabillonius & Martenus atque alii passim, Sed multi sese æquales dixerunt, multi crediti, qui non erant. Ego post Triumphum sollicite examinatum, multa visus sum mihi reperiisse, quæ probent, non fuisse æqualem, sed re ab Aucto-  
longo post ea, quæ describit tempore vixisse. Est sius cuivis ætati stylus: ex-  
cerpsi aliqua, quæ stylum XI. seculi mihi parum referre videntur. Ea intacta que dubi-  
relinquit Martenus; sius itaque constat illis vigor. Est quoque sius cuivis se-  
culo literarum & scripturæ character. Martenus codicis MS. in quo Trium-  
plus legitur specimen acri incidit, ex quo statuit, scriptum temporibus Hen-  
rici III. Imperatoris. Sed sunt in ea literarum compendia, quæ secundum Ma-  
billonianas tabulas seculum duodecimum adultum decimo tertio primum invexit.  
Id supra a me observatum. Auctorem Triumphi Godefridum Præpositum Sta-  
bulensem ex comitibus de Vienna scribit Franciscus Laurentii & credit Mar-  
tenus. Facit id quoque adversus Triumphi antiquitatem. Quot enim exem-  
plis docebit Adversarius, seculo undecimo fuisse Comitibus Gentile nomen a  
fundo acceptum? Triumphum cum eo Chronicus Laureshamensis loco contuli,  
ubi Laureshamense cœnobium Adelberto Bremensi datum legitur: tanta utri-  
que convenientia, quanta inter Terentii & Menandi Andriam, Terentium &  
Steclium inter. Reponit Martenus, id ideo factum, quia rerum similiū si-  
miles sint effectus. Recte; modo cuiquam verisimile fieri possit, eam inter

Laureshamense cœnobium & Malmundariense potuisse intercedere similitudinem, quam pagina 149. descripsi. Eorum, qui se, quam revera sunt, antiquiores mentiuntur, est ista justa pœna, ut Anachronismos peccent; quibus imposturam prodant. Auctor Triumphi simulat, se scripsisse ante annum 1081. Anno 1084. Henricus tertius Imperator factus est: attamen Auctor noster ita orditur: *regnante Henrico IV. postea Romanorum Augusto.* En parachronismum lethalem! Fatetur Martenus; verum, inquit, auctor aliquot post annis opus relegens aut retractans suum pauca verba immutavit aut addidit. Id aliquando ab aliquibus factitatum, non negamus. Sed nonne is, qui indicasset, post primam libri sui editionem Henricum creatum Imperatorem, indicasset quoque, Theodoricum Abbatem, cui emendandus nuncupatur & de quo in eo tam frequens mentio, post hoc tempus fatis functum?

*Auctor  
æqualis de-  
bet cum  
historia  
universali  
consentire.*

Ab æquali, ab eo qui visa & audita scribit, qui, quæ scribit, illi corrigenda nuncupat, qui illis non modo interfuit, sed etiam moderandis præfuit; abs simili inquam scriptore ut æqualis credatur, istud petimus, ut vero consentaneascribat. Si enim vedit aut ab iis, qui viderunt, audivit, scire poterat: jam vero si sciebat, nulla erat causa, quare aliter, quam res haberet scribebat, præfertim iis in rebus, in quas partium studium non cadit. Est hic lapis Iydius a celeberrimis quibusque criticis adhibitus. Horum vestigia legens ad eundem applicui S. Remacli Triumphum, iisque scatere sphalmatis observavi, quæ ab æquali non poterant peccari. Ea paucis repeatam, quidque opposuerit Martenus, indicabo & refellam.

*Auctor  
Triumphi  
neque cum  
ea*

I. Henricus Imperator Pascha Colonie celebravit, ibique rursus Ottoni Duci in ducas usque in Pentecosten dedit: exacta solennitate Paschali Leodium abiit: ubi corpus S. Remacli illi oblatum est. Ita Lambertus Aschaffenburgenis ad annum 1071. Marteno videtur, non inferri his verbis violentiam, si Henricus Dominicam Resurrectionem ipso die Dominico Colonie celebravit & postridie Leodium abierit. Addit deinde, hanc esse Lamberti mentem. Sit ergo: hoc voluerit tantum Lambertus, Henricum Dominicam Resurrectionem Colonie celebras se. Auctor Triumphi contra scribit, se cum S. Remacli reliquiis pridie Dominicæ Resurrectionis Leodium pervenisse, & Regem Henricum eo tempore ibi fuisse. Adeo scribit Cap. VI. ipsa resurrectionis Dominicæ die convocatis Principibus & Episcopis coram Rege ad placitum præsente D. Abbe cum Archipræsule cœpit agitari consilium. Jam vero cum ex Lamberto, quem recipit Martenus, certum sit, hac die Henricum Regem Colonie fuisse; patet Auctorem Triumphi peccatum peccasse, quod in æqualem, in spectatorem oculatum cadere non poterat.

*Neque se-  
cum con-  
sentit.*

II. Die Resurrectionis Dominicæ corpus S. Remacli in palatium delatum est; postridie, eo inde relato, Rex deferentium precibus annuit: ita Auctor Triumphi primis capitibus libri secundi. Capite autem XXII. scribit, id factum esse septimo Idus Maji. Hæc inter se componantur. Dies post Dominicam Resurrectionis in 25 Aprilis incidit anno 1701. septima Idus Maji in nonam ejusdem mensis. Ita Auctor Triumphi secum pugnat. Id vero fierine potuit ab æquali? Istud facile intelligimus, potuisse scriptorem aliquem seculi duodecimi aut decimi tertii secundam diem post Dominicam Resurrectionis cum nona Maji componere: at non potuit hic parachronismus a teste, a spectatore, ab æquali profici sci. Ceterum assignandam esse Triumpho S. Remacli septimam Idus aut diem nonam Maji, argumento est, quod, Francisco Laurentii teste, hac die annua redditæ libertatis monasterio Malmundariensi commemoratio sub ritu dupli celebrari solita sit. Unde istud quoque liquet, Lamberti jamjam

pro-

prolata verba ita intelligi posse, ut Henricus totam *solemnitatem Paschalem* Coloniæ exegerit. Vim eis intulit Martenus aliter explicando. Quanquam ne hoc quidem pacto antilogia potuit occurrere, cui se se auctor *Triumphalis* involvit.

III. S. Anno, accepto ab Henrico Imperatore Malmundario, ejus possessionem adiit post mensem Junium anni 1065. Ejus conatibus opposuit se Fridericus Dux & idem Stabulensis advocatus. Malmundarium communiit, *ubi etiam Mensem integrum cum expeditione consummavit*. His ad Regem delatis, ipse & Abbas in curiam evocati, eo ire renunt. Abbas secundo evocatus, tandem ad Regem accedit; a quo Triburiæ totum pene mensem detinetur. Redux Stabuleum, Fridericum decumbere percipit; ad eum invisit; moritur Fridericus. Ita quidem Auctor *Triumphi* lib I. cap. 5. 6. 7. Diem Mortis VIII. Kalendas Septembres indicat *Necrologium Stabulense*: annum 1065. Siebertus & Albericus. Diploma Alberonis Mettensis Episcopi, eodem anno datum, ejus quoque mortui meminit. Rescripsit illud post Miræum Calmetus in Probationibus Historiæ Lotharingicæ, qui item statuit, Fridericum anno 1065. mortuum esse. Jam vero quantillum est istud temporis spatium a 29. mensis Junii ad vicesimam quintam mensis Augusti? alterum tantum postulant ea, quæ gesta esse Auctor *Triumphi* testatur. Sed alia hic suboritur difficultas. Omnino, juxta *Triumphum*, Fridericum anno 1065. obiisse oportet; neque potest ulla ratione refragari Martenus. Verum post Miræum edidit ipse in tomo II. Coll. ampliss. duas chartas, quibus Fridericus Dux Allodium Sprimont Stabulensis dono dat. Earum alteram autographam superare, affirmant. Utramque sinceram & genuinam credit credique vult Martenus. Utraque data est anno 1067. tertio Calendas Septembres. Quare Fridericus Dux non obiit ante annum 1068. At juxta *Triumphi* auctorem obiit biennio aut triennio ante. Suscitatum a mortuis nemo testatur: restat proinde, ut Martenus aut Sprimontenses chartas aut *Triumphum* suppositionis postulet. Si *Triumphi* gratia, quod facturus videtur, Archivi Stabulensis auctoritatem respuit; at tamen hoc facto *Triumphi* auctoritatem non augebit. Neque auget eam Calmeti silentium. Multa ex eo potuisse in Historiam suam de Friderico & Godfrido Ducibus transferre. Modo vera fuissent, attulissent indubie tantum voluptatis lectori, quantum recensitæ Monasteriorum fundationes, aut excerpta Pontificum & Imperatorum privilegia. Non transtulit: est id mihi argumento, eum *Triumphalis* scriptoris auctoritatem parvi facere.

IV. Narrat, Abbatem Stabulensem Theodericum, cui liber secundus corrigendus nuncupatur, secundo in aulam evocatum, tandem Regem convenisse atque ab eo fere per mensem Triburiæ retentum. Tempora expendimus atque deprehendimus, Regem eo, quod hic indicatur, tempore Triburiæ non fuisse. Id ex vero deprehensum, ex Marteni silentio magis quam ante elucefecit.

V. Regem cum Regina Stabuleti a se visum anno 1066; eodem anno Regem a Theodorico Abbe in *ipsis Natalitiis diebus Bavenbergæ* conventum, dictatum sacerdotis scribit verbis. Eſcœ autem hæc vero opposita, est a nobis ostensum; *plus pecunia* quod quia quoque negare non sustinet Martenus, argumenta non est necesse repetere. Alia atque alia hujus generis cumulavi paroramata, quæ ab æquali committi non poterant. Ea repetere esset inutile; præsertim quia ita sunt luctuosa, ut Marteno regularis silentii legem imposuerint. Unum est, quod elidi posse putaverit.

VI. Triumphator Stabularius capite X. scribit, evocatum Abbatem Tegeno-nem trien-

*Mortuos  
in scenam  
evocat.*

*Abbatem  
& Regem  
duobus in  
locis eo-  
dem tem-  
pore collo-  
cat.*

*Tegeno-  
nem trien-*

nio post  
mortem  
cœnobio  
Malmun  
dariensi  
preficit.

*nem ex Cœnobia Brœuvvile atque Malmundario präfectum. Factum id esset post mensem Julium anni 1065. Verum, quia mortuos vivis präfici insolitum, ego autem observavi, Tegenonem quinta die Januarii anni 1063. diem obiisse, Marteno difficultas hæc major videtur. Sed tamen, inquit, si multis post annis superstitem Tegenonem demonstraverimus, nonne evanescet impostura nota, quam fanatico furore concepit Rodericus, merumque erit mentis ejus figmentum, mera deliratio?* Ut moderata hæc religiosi Vindicis verba in ipso fonte legi possint, indicandum est, ea haberis paginis 126. sq. Post ea, observato B. Wolfhelmum, quod verum est, ex Abbe Gladbacensi Brunwileræ suffectum esse Tegenoni Abbatii, pergit: *At Gladbacensis Monasterii administrationem non suscepit ante annum 1066, quo Henrico, die Aprilis 27. defuncto, suffectus est.* Stane? id vero unde apodicticus Vindex hausit? scilicet in Abbatum Gladbacensium catalogo *Henricus Abbas anno 1066. vita functus legitur; post hunc sequitur Wolfhelmus: inde hunc illi mortuo suffectum dicit.* Sed extat B. Wolfhelmi Vita, ab alumno & æquali scripta: erat ea quoque consulenda. Ita habet num. 4. *Wolfhelmus ab Herimanno Archiepiscopo Henrici, avunculi sui Abbatisque ad S. Pantaleonem & Gladbaci, providentia commendatur. Qui videns eum assuetæ solitudinis inherentem studio. . . urbe eductum präpositus cuidam sui regiminis Abbatie, nomine Gladebaco.* Est autem ex his manifestum, Wolfhelmum non esse anno 1066. Henrico defuncto suffectum, sed ab Henrico vigili & vivo Gladbacensi Abbatiae präfectum. Neque vero paulo ante Henrici mortem präfectus est; nam postquam Abbas factus legitur, sequitur in Hagiographo iter ejus Romanum, tum Herimanni Archiepiscopi obitus. Ut proinde indubitatum esse debeat, Wolfhelmum inter annum 1052, quo Henricus ad S. Pantaleonem est Abbas renunciatus, & annum 1056, quo Herimannus obiit, Gladbaci Abbatem creatum. Herimanno successit S. Anno. Is cum circiter annum 1060. Sigebergense Monasterium moliretur, Wolfhelmum loco präponere curavit. *Sed studiosum divine contemplationis hominem attivæ vitæ talibus initis per necessarie videns omnino expertem, eduxit eum ad locum competentiorem.* In proximo enim Abbatia Brunwilerensis erat, que quoniam viduata erat Pastore &c. Ita sancti Abbatis Vita apud Surium 22. Aprilis. His in scirpis novos cudit nodos Martenus. Sigebergensis Ecclesia secundum S. Annonis Hagiographum anno 1066. consecrata est: igitur, ita arguit Martenus, post eam consecratam Wolfhelmu eo transferri debuit. Neque arguit solum, sed omnino asserit, *istud expresse tradi ab Historia Monasterii Sigebergensis.* Sigebergensis Historia nomine nihil aliud venit, quam fundatio & initia hujus cœnobii, multis in Vita S. Annonis descripta. At ea legat & relegat quilibet, ne Wolfhelmi quidem ibi mentio, tantum abest, ut *expresse tradatur*, huic cœnobio post consecratam anno 1066. ecclesiam präfici debuisse. Quanquam enim primum anno 1066. consecrata fuerit, an inde consequitur, non cogitat̄e Annosc antea de Abbe, quem INITIUS Monasterii moderandis präficeret? Oppositum innuit & asserit Wolfhelmi Hagiographus in verbis rescriptis. Ecclesia Brunwilarensis dedicata est anno 1028, attamen jam ab anno 1024. S. Poppe Monasterii initia moderabatur. Volpertus Divitenis Abbas ejusdem Monasterii initia temperavit ante consecratam Ecclesiam. S. Remaclus Stabuleti & Malmundarii Abbas fuit, antequam dedicarentur horum Monasteriorum Ecclesiæ. Atqui in omnibus fere Monasteriis, quorum initia lux historica explicavit, Abbates aliunde accitos legimus, ut initia moderarentur; claustræ, officinarum, oratoriorum & ecclesiæ constructionem adumbrarent, dirigerent; monachorum coloniam deducerent, leges iis ponerent, cetera.

Eo

Eo quoque S. Anno confilio B. Wolfhelnum , cum primum de Sigbergensi Monasterio exstruendo confilium captum, evocare & loco præponere constituerat. Quod recitatis de causis abjecit atque eum Brunwileram transtulit. Neque non concordant antiqui codices Brunwilerenses , quos his diebus contulii. In iis legitur anno 1091. 22. Aprilis obiisse, præfuisse annis 28; quos si detrahas, superat Abbatem factum anno 1063. Isdem in chartis Tegenonis obitus cum 5. Januarii anni 1063. componitur. Eodem anno obiit B. Richeza Regina Poloniæ. Hinc multæ turbæ inter Brunwilerenses & S. Annensem, de quibus Ezonis & Methildis Historia & Wolfhelmi Vita. Tegenonis in illis nulla mentio; multa & frequens Wolfhelmi; hinc illum obiisse, hunc, circiter B. Richezæ obitum , regere cœpisse, luculentum argumentum.

Ex diversis parachronismis, quorum auctorem Triumphalem postulavi , Ex his cum necum quidem propugnare potuerit Martenus, quem, quia minor vide- sequitur retur, e multis selectum propugnandum susceperebat ; quid de aliis, ad quæ de- spurium fēdē aut quā singula iterato examini subjeci, persuadere mihi non possum, posse tot sp̄ahmata ab auctore æquali & præsente peccari, aut, si peccari potuerunt, non fuisse correcta a Stabulensis, a Theodorico Abate, cui examinandus, cor- rigendus & corroborandus est Triumphus nuncupatus , priusquam in publicas au- res diffunderetur incorrecta garrulitate. Quod si tamen a sua moderatione im- petrare non potest Vindex religiosus, ut auctorem , qui in S. Annensem & Mal- mundarienses maledictorum & opprobriorum plaustra singulis in paginis effun- dit, spurium & supposititium pronunciet; per me licet, synchronus, æqualis, eorum , quæ narrat, sit testis oculatus. Sed istud dum Marteno concedo, det mihi vicissim, ut illi impune fidem non habeam. Quando enim in rebus adiapho- ris & ob viis toties titubavit, quo jure quis a me petat, ut eum non suspicer, ti- tubasse in rerum causis & finibus retegendi; in rebus, in quas partium studio latissimus patebat aditus? Narrat, Malmundarienses ante annum 1062. S. An- noni sacras S. Agilolfi exuvias obtulisse, hoc pacto fœdere, uti eos Stabulensis Abbatis legibus eriperet & peculiarem Abbatiam constituere daret. Si scriptor nullus hac de re opposita scriberet, tamen quia, quam nulla sit scriptoris accu- ratio, quam partium distrahit studio vidimus, impune dubitare liceret, an hæc vero conformia sint. Quia autem ex duobus scriptoribus æqualibus, Ha- giographo scilicet S. Annonis & Anonymo Malmundariensi ostendi, Agilol- fum Malmundarii invitum præceptum , jam fidenter possumus auctori Trium- phali fidem negare. Occasionem & causas nescio quas recenset, per quas Mal- mundarium a Stabulensi cœnobio separatum sit. Alias sufficiunt Lambertus Aschaffenburgenſis & Chronicō Laureshamense. Duobus his scriptoribus, propugna- eadem methodo disputans, potiorem fidem habendam dixi, quam auctori Tri- umphali. Martenus, clavum clavo pulsurus, scribit, Lambertum & Chrono- graphum Laureshamensem etiam humani multum paſtos atque plus uno labo- rare nævo. Uterque narrat, Indam Annoni cum Malmundario datum fuisse; id vero falsum esse, ait sibi manifestum. Nam, inquit, nostri Indenses Annensem inter suos Abbates non adnumerant. Lepidam rationem! Corbeientes & Laures- hamenses Adelbertum Bremensem suis Abbatibus non adscribunt & tamen hunc illis Abbatii donatum fatetur Martenus. Fatetur Malmundarium Annoni do- natum, neque tamen ipse aut Malmundarienses cum Abbatum in serie collo- cant. Scilicet Episcopi & Duces, quibus Henricus III. anno 1065. Abbatias donabat, earum Abbates non renunciabantur, sed in jura Regis succedebant, cuius erat Abbatem aut nominare aut electum confirmare; monasteriis preces,

Lambertus  
Aschaff.  
& Chronicō  
Laureshamense  
Auctoritas

dona, *militiam imperare*. Sed quid in his longus sum, nonne ipse Triumphi auctor, cuius fidem elevare vetat Martenus, lib. I. cap. 3. scribit, S. Annonem *obtinuisse dono regio Malmundarium & Indam?* Ego Triumphatori hic fidem habeo, quia cum Laureshamensi & Aschaffenburgenſi consentit; Martenus habebit, quia Evangelistam credit. Laureshamenſis Chronici auctoritatem etiam inde aggreditur, quod *Filikensem* Abbatiam S. Annoni dono regio obtigisse scribat. Verum, inquit, ex Abbatiarum illi donatarum *numero*, *juxta Lambertum removenda est*, cuius ne meminit quidem. Lambertus ejus non meminit, ergo Annoni donatam negat. Si ita argumentari licet, Dioni Cassio, Halicarnassensi, Plutarcho, in multis est neganda fides, multa enim narrant, quorum non meminit Livius. Verum Laureshamenſi nonne quoque negat Martenus fidem, ubi Indam Annoni datum scribit, etſi idem scribat Lambertus? Inconstantiae tantum ne in ipso quidem Tigellino vedit Horatius. Abbatiae Buranæ Ellenhardo Frisingensi datae, non meminerunt Laureshamenſis & Aschaffenburgenſis; an datam negabimus? Neget Martenus; opponemus rescriptum a Meichelbeckio diploma, ex quo discimus, Henricum III. Abbatiam Buranam Ecclesiae Frisingensi *instinctu fidelis sui Adalberti Hamaburiensis ArchiEpiscopi* donasſe, non veritum, ne nulla aut talsa eſſet donatio, etſi illius non erant mentionem facturi Aschaffenburgenſis & Laureshamenſis. Ceterum Abbatiam Filikensem, quæ initio regalis erat, donatam fuifſe aliquando Ecclesiæ Coloniensi, manifestum inde argumentum, quod & nunc & pridem ejus jura coluerit. Sequitur alia machina, qua Laureshamenſis auctoritatem labeſtare conatur. Initium Bullæ refert Udalrico Abbatii concessæ, quod ita in editis legitur: *Adrianus Episcopus servus servorum Dei.* At non *Adrianus*, sed *Alexander* Bullam concessit. Ita eſt. Verum ignoratne Martenus, in multis *Alexandri* II. Bullis autographis, forte in omnibus, ejus nomen unica initiali litera indicatum? Ignoratne hoc quoque persæpe a Chronographis factitatum? Quare nullum hic Laureshamenſis peccatum, sed ejus scribae, qui fecutis temporibus chronicon rescribens, acceptam a Chronographo initialem literam A in *Adrianum* convertit; cum ideo adhibita eſſet, ut *Alexandrum* notaret. Superat postrema Marteni machina: Laureshamenſis scribit, *cunctis Episcopi Adalberti conatibus explosis, tam Abbatii, quam Monasterio Corbeiensi suam libertatem, suam dignitatem incolumem conservatam esse.* Contra Martenus ex Corbeiensi chronico, *dispersam congregationem, & inde magnam confusionem;* hæc autem interſe opponi. Verum nonne quoque Triumphalis auctor scribit, *Adelbertum fruſtra ſibi vendicaffe Corbeiense Monasterium?* Si fruſtra, igitur *illius libertas & dignitas incolumis conservata eſt.* Huic itaque ne repugnet scriptori, Laureshamenſem erroris arguere definat. Poteſt uterque ex facili cum Chronicō Corbeiensi conciliari. Etſi enim facta donatio Corbeiensis Monasterii *congregationem dispersit & magnam confusionem peperit*, quia tamen brevi tempore illa revocata, hæc ſedata, veriſſime a Laureshamenſi ſcriptum eſt, *libertatem & dignitatem Corbeiensium incolumem servatam.* Obsidentium eo quandoque conatus procedunt, ut in vallo, in urbe, in foro vexilla explicit; si tamen removeantur & expellantur, *libertas & dignitas urbis ſarta teſta* ſervari dicetur. Id Corbeiæ factum. Quare nulla ſunt, & ea, quæ Martenus aduersus Aschaffenburgenſis & Laureshamenſis auctoritatem attulit, & ea, quæ cumulavit, ut Auctori Triumphali fidem conciliaret, ubi ab aliorum scriptorum testimonio deſtituitur.

## C A P U T VII.

*Jurisdictionem Abbatis in Monachos non esse Benedictionis effectum.*



Um primi Monachi perfectionis studio solitariæ vitæ se mancipabant, ii hoc facto Episcopis neque minus neque magis obnoxii reddebantur. Cum certioris disciplinæ causa in cœtum coibant, unum e suis eligebant, qui arreptum vitæ institutum cum potestate moderaretur; quæ huic inde accedebat jurisdictionis ab eo, confirmationis ab Episcopo Abbati danda origo. rum electione & a sua acceptantis voluntate proficiscebatur. Erat tamen ita hæc jurisdictionis temperata, ut Parochi aut Episcopi jurisdictioni nihil detraheret. Quam enim eligentes non habebant, eam electo dare non poterant. Vixum est subinde Episcopis suæ Parochialisque jurisdictionis partem aliquam, per Abbatem exercendam, in Monasticas societas transferre. Quod, ut par erat, hac lege factum: si Electus aut Nominatus illi exercendæ par & idoneus inveniretur. Inde *jus cognoscendi* de Electi aut Nominati moribus, ingenio, doctrina. Si dignus censeretur, quia hoc pacto posita explebatur conditionis, sequebatur Episcopi approbatio aut confirmatio. Ab hac, ut patet, quæ jurisdictionis sunt, exercere Abbati integrum erat. Approbationis vel Confirmationis dandæ non una eademve est ratio. Nostra ætate fere datur scripto; superioribus temporibus, quod ex Magistri 93 & S. Benedicti 65. capp. atque aliunde discimus, electionibus fere intererant Episcopi, cum ut attenderent, ut electio rite perageretur, tum ut de electi idoneitate cognoscerent. Hæc duo si recte habere deprehenderentur, procedebatur ad ceremoniam aliquam Ecclesiasticam, qua electo & approbato Episcopus gratiam divinam deprecabatur. Ea, et si aliis in locis alia, Benedictionis nomine nunc venit. Benedictio jam ab aliquot seculis istud tribuit Ecclesia, ut qui Abbas eam percepserit, is Vasa sacra & Paramenta benedicere & minores Ordines conferre possit. Quare in eo consentiunt omnes, uti hanc Ordinum minorum conferendorum facultatem, tanquam effectum aliquem Benedictio considerent. Neque repugnat Martenus. Uno etiam ore statuunt, jurisdictionem in Monachos non proficisci a Benedictione, &c., quod inde consequitur, Abbatem electum & confirmatum, ante perceptam Benedictioem, quæ jurisdictionis sunt obire posse. Hic vero manibus pedibusque repugnat Martenus. Non illum *jus Canonicum*, quod laudavi; non Commentatores, quos appellavi & appellare potuisse; non usus ipse, qui ubique in Ecclesia obtinet, ne mihi repugnet prohibere possunt. *Audacie, cæcitatis, pertinacia ab eo modestissimo supercilium arguor.* Usus vero, qui mihi omnium consensu faverit, non tam usus, si illi fidem habemus, quam abusus dicendus est. Ita dum istud laborat, ut me ubique carpat semperque mihi repugnet, in hodiernam totius Ecclesiæ disciplinam insurgere non dubitat modestissimus Vindex. Totius, inquam, Ecclesiæ: nam ne unum quidem locum ostendere potuit, ubi aliter obtineat. Est vero id eo minus in illo ferendum, quod quæ adversus me adfert, ea sententiam meam confirmant.

Scripseram: *Priores Conventuales, qui Abbatem non habent, eandem jurisdictionem in monachos exercent atque Abbates; neque tamen benedicuntur.* Hujus argumenti ut vim clidat, videamus. Bene, inquit; sed jurisdictionem hanc, non bates non

Benedicti  
ipso faten-  
te Marte-  
no juris-  
dictione  
pollet.

vi electionis suæ, habent; sed acceptam ab Episcopo aut ejus Vicario, qui eorum con-  
firmat electionem; sicut nec parochus virtute nominationis a patrōno in ejus favorem  
factæ ullam in Parochia sua functionem exercere potest. Quæ paulo ante leguntur  
pari successu a metaciunt; Regis, inquit, nominatio, quæ præc. electioni respon-  
det, non sufficit, ut aliquis sit Abbas & ea, quæ jurisdictionis sunt, exerceat, nisi  
accedat summi Pontificis bulla, quæ & ipsa, ni canonice promulgetur, quod in Ab-  
batis benedictione fieri solet, nullam habet virtutem. Recte! optime! Piores  
Conventuales jurisdictionem non accipiunt ab electione; Abbates Galliarum  
non accipiunt eam a nominatione regia: utrumque ipse astro & propugno.  
Piores accipiunt ab Episcopo, Abbates a summo Pontifice per confirmationem  
rite promulgatam. Ita quoque sentio; ita sentiunt omnes, hac una differen-  
tia, quod aliquibus confirmatio sit causa efficiens, aliis conditio sine qua non.  
Quæ tamen questio est fere de nomine. Ceterum est ex his Marteni verbis,  
quibus nemo repugnat, consequens, jurisdictionem non esse Benedictionis  
effectum aliquem. Sed tamen, inquit, bulla summi Pontificis in Abbatis bene-  
dictione promulgari solet. Amabo! in Abbatis benedictione solent accendi can-  
delæ, ergo Abbatis benedictio tenebras loco expellit, ubi celebratur. Tædet  
hercule Martenianas has paleas excutere. Ecce tamen alios Viri conatus: *Cum*  
*non benedictus Abbas non valeat Monachos benedicere & eis tonsuram & minores*  
*Ordines conferre, quæ pars sunt hand maximæ jurisdictionis spiritualis, NON VIDEO,*  
inquit, *cur reliquias jurisdictionis partes exercere valeat.* Vir ceteroqui ocul-  
tissimus non videt: collyria adhibeamus. Sed non est istud ab oculorum vitio,  
est a defectu memorie. Revocemus quæ supra scripsit, reviviscet oculorum  
acies. *Inter se longe discrepant Episcoporum in Monachos (Abbatum in suos)*  
*jurisdiction, & munia Episcopalia.* Ad jurisdictionem spectant instructio morum,  
correctio, in delinquentes animadversio. Munia episcopalia quedam sunt functio-  
nes ceteroqui Episcoporum, nunc autem ex privilegio etiam Abbatum.... Ut  
sunt consecratio & benedictio vasorum, vestium sacrarum, Monachorum, colla-  
tio ordinum minorum, cetera. Hæc Martenus ipse Vind. pag. 8. caue ex  
mente omnium Doctorum. Itaque nunc videbit & intelliget, cur aliquas ju-  
risdictionis partes exercere valeat Abbas non benedictus, scilicet quia omnes exerce-  
re potest. Nam benedictio Monachorum & rerum sacrarum, quam, nisi ipse  
benedictus sit, obire non potest, nullam jurisdictionis abbatialis partem consti-  
tuunt, sed ad munia Episcopo-Abbatialia pertinent: corum autem exercendo-  
rum uti Episcopi potestatem consecratione, ita abbates benedictione, quæ eti-  
am aliquando Consecratio audit, consequuntur.

Neque an-  
tiqui aut  
recentio-  
res Ponti-  
ficales  
libri ad-  
versantur.

Quando istud tædii devorandum fuit, ut leviores Adversarii machinas dissi-  
paremus, nefas esset, eam, in qua spes suas omnes collocat, non conterere  
penitus. In libro Sacramentorum S. Gregorii Papæ extat Oratio AD FACIENDUM AB-  
BATEM: ergo; nam, inquit, *Abbatem facere est spiritualem in suos jurisdictionem*  
*ei tribuere.* Ipsa oratio ita habet: *Quæsumus omnipotens Deus, famulum tuum*  
*(ille) quem AD REGIMENTUM ANIMARUM ELIGIMUS sive benedicimus, gratia tuae do-*  
*no prosequere.* Hac formula non contentus Martenus, similes liberali manu sub-  
dit ex per vetusto codice Casinensi, ex antiquo Pontificali Ecclesiæ Bisontinae, ex ve-  
teri Pontificali Conchensi, ex veteri Remensi S. Remigii, ex Pontificali Ecclesiæ  
Appamensis in Syria, ex antiquo Arelatensi, ex Moguntinensi. Scilicet ex his  
venerandæ antiquitatis laciniis succum & nervos suæ sententiae suffici arbitra-  
tur. Verum si hæ formulæ, orationes, ceremoniæ illi favent, non  
erat necesse omnes antiquitatis forulos excutere tantosque eruditioñis sumptus  
facere. Similes suppeditat Pontificale Romanum, Clementis VIII. primum dein


Urbani VIII. auctoritate recognitum, & non uno loco editum. Concede, quæsumus, omnipotens Deus, affectui nostro tuae miserationis effectum & hunc famulum tuum, quem ad regimen animarum eligimus, gratiae tuae dono prosequere. Plures hujus coloris orationes & formulas laudatum Pontificale Romanum continet. Sunt ex, ut ovum ovo, iis, quas affert Martenus, similes, sunt eruditis, sunt juris Canonici consultis notissimæ. Frustra igitur sperat Martenus, eos sententiam suam antiquarum gratia abjecturos, cum recentiores, antiquis per omnia similes, id non efficiant. Et vero apud eos, qui latine intelligunt & ceremoniarum stylum perspectum habent, efficere non possunt. Imperatores, Reges in Reges, in Imperatores unguntur, coronantur. An igitur est hæc unctionis, coronationis virtus efficax, ut imperatoriam, regiam, supremam jurisdictionem conferat? An Regi Galliarum ante unctionem, ante coronationem nulla in Martenum & Durandum, in S. Germani cœnobitas, in Gallias jurisdictione? An ante Pippinum nulli in Galliis Reges suprema cum potestate? nam ante Pippinum nemo Regum in Regem unctionus. Scilicet ad Adversarium confutandum inutile esset aliis armis pugnare. Nemo est tam hebeti ingenio, qui non intelligat videatque, has similesque formulas ideo inventas, cum ut illi, qui jam pridem Rex aut Abbas est, cœlestis aliqua gratia ad bene regendum impetraretur, tum ut vulgo erga eos, qui electione, confirmatione aut natalibus supremam sunt assecuti potestatem, major reverentia inculcetur.

Hæc cum tam clara & manifesta sint, ut pluribus evolvere nefas sit, quæret forte quis, quare ipse in superioribus semel atque iterato scripsiterim contenderimque, Episcopos in eos Abbes, quos jure suo benedicunt, jurisdictionem exercere? Quare a jure aut onere, hæc enim, ut supra ostendi, in idem recidunt, Abbatem benedicendi, jurisdictionem in Abbatem & monasterium repetierim? cui quæstionis ut responderem, ultimum hoc caput fere adornavi. Erit autem responsio facilis. Scilicet, constitutio, ordinatio Abbatis & quæ his synonyma sunt, apud antiquos ea fere omnia indicant, quæ ad Abbatem faciendum confert Episcopus: Cognitionem de Electionis forma & norma, de Electi vita; Approbationem, Confirmationem. Singula hæc, apud eosdem antiquos, Benedictionem fere comitabantur. Quia autem approbatio aut confirmatio, ut supra ostendi, Abbat aut jurisdictionem tribuit, aut, tributam per electionem, confirmat, hac ego causa veteri verbo usus Ordinationi aut Benedictioni hoc tribui, ut Jurisdictionem Abatti benedicto concederent. Quod si vero Benedictionis aut Ordinationis vocibus solummodo subjicissem ceremoniam illam deprecatoriæ, cui istud hodie tributum est, ut cui impertita fuerit, is minores Ordines possit conferre; tum vero jure argueret; eundem enim errarem errorem, quem erravit Martenus.

## F I N I S

### DISCEPTATIONIS III.

INDEX



# INDEX CAPITUM DISCEPTATIONIS III.

ADVERSUS

R. D. EDM. MARTENE.

## P A R S I.

- Abbatum Stabuleto-Malmundariensium series recte adversus Martenum emendata.* pag. 5.  
**CAPUT I.** *De S. Remacli Abbatis Stabulensis primi Episcopatu* ibid.  
**CAP. II.** *S. Theodardus, Episcopus Traiectensis, non fuit Abbas Papolenus*  
*I. Sigolinus & Godoinus Abbates non fuerunt Episcopi.* II.  
**CAP. III.** *De Godolini ad Absalonem usque successoribus atque Ecclesia Colonensis Metropolitana Dignitate.* 17  
**CAP. IV.** *Abbates geminorum Monasteriorum Beneficiarios a Marteno perperam,*  
*a Roderico recte collocatos.* 23  
**CAP. V.** *De Werenfrido, Ravengero, Bertrando, S. Poppone Abbatibus &*  
*Petro decano.* 27

## P A R S I I.

- De Stabubensis & Malmundariensis Monasteriorum Abbatibus-Episcopis, Immunitate, dignitate principali, Triumpho S. Remacli & Abbatum Benedictione.* 33  
**CAPUT I.** *Abbates primi Stabulenses non fuerunt Abbates-Episcopi* 35  
**CAP. II.** *In celebrioribus O. S. B. Monasteriis non fuerunt Abbates-Episcopi.* 39  
**CAP. III.** *Stabulenses non fuerunt ea Immunitate donati, qua Episcopos proprios ferre possint.* 52  
**CAP. IV.** *Monasteriorum Malmundariensis & Stabulensis genuina immunitas evolvitur, & Marteni de exemptionibus seculorum VII. & VIII. systema revertitur.* 59  
**CAP. V.** *Abbates Malmundario-Stabulenses Principis S. R. I. dignitatem non privilegio, sed consuetudine & usu Regni ita ferente consequuntur.* 72  
**CAP. VI.** *De Triumpho S. Remacli & ejus Authore.* 79  
**CAP. VII.** *Jurisdictionem Abbatis in Monachos non esse Benedictionis effectum.* 85



## APPENDIX

## AD CAPUT VII. PARTIS SECUNDÆ.

 Tamihi videor Marteni sententiam confutasse meamque confitasse, ut nemini jam integrum sit dubitare, quin codex Stabulensis, in quo Triumphus S. Remacli legitur, sit seculo decimo tertio exaratus; deinde quin ejus auctor sit seculo duodecimo posterior; denique quin sit impostor nulla fide dignus. Verum quia mendacium & impostura nimiis argumentis opprimenti, veritas nimiis illustrari & firmari nequit; nefas credidi, ea, quæ post editam hanc disceptationem in manus meas venerunt, cum orbe eruditio non communicare. Sunt illa trium generum. Primum suppeditant ipsi Stabulenses in libro quem apud A. Regnault Lovanii typis edi curarunt anno 1680, hoc titulo: *Clypeus Stabulensis jurisdictionis*. Hujus in *Clypei* pagina tricesima septima ita loquuntur: *Aërea sunt & expræmissæ omnino erronea, quæ Chapeaville & Ferrarius de Abbatia Stabulensi referunt: tum quia præfata taxæ adversantur: tum quia Chapeaville sua verba desumit EX SCRIPTORE ANONYMO NEC APPROBATO, QUI TAMEN SUA SCRIPTA CENSURÆ SUI ABBATIS RELIQUERAT CORRIGENDA, ut ipsemet Chapeaville refert in suo tom. 2. de Triumpho S. Remacli in prolog. lib. 2.*

Itaque cum SCRIPTORI ANONYMO NON SIT FIDES HABENDA, neque etiam dicto Chapeaville ea referenti credendum est: cum scriptori non sit major fides adhibenda, quam suo Authori. Cap. Licet ex quadam X. de Testibus. Cap. Fraternitatis de Hæretic. Olrad. Conf. 69. col. 2. Scriptor Anonymus, quo de his sermo, est auctor Triumphi S. Remacli. Negant fidem illi habendam esse Stabulenses. Ii, inquam, ipsi, quibus solis favet; qui illum non in bibliotheca, sed omnino in Archivio adhuc adservarunt, qui primi describendum & edendum Chapeavillo permiserunt. Quanti sit ponderis hæc Stabulensium confessio ad Triumphi auctoritatem evertendam, equidem definire nolim; est tamen alicujus atque hoc minimum præstat, uti jam impune auctorem Triumphalem fide indignum dicamus, cui fidem habendam ii ipsi negant, quorum intererat illi summam adstruere.

Secundum argumentum ipsi item mihi sufficerunt Stabulenses, cum per Notarium de la Fontaine MS. Codicem in quo Triumphus S. Remacli, describi curarunt: *Liber vetustus in mediocris formula, scriptus in foliis pergamentinis, coepertus afferibus obductis coreo albo, habens duas oblongas clausuras ex coreo albo. In cujus libri initio habebantur verba, quæ sequuntur: Incipit prologus sequentis opusculi. & consequenter: Fratribus Ecclesiarum Dei, quæ sunt in orbe Romano fratres Stabulenses salutem & pacem bonam ex animo. Regnante Henrico quarto, postea Romanorum Augusto, Anno Domini MLXXI, regni autem ipsius anno XV. De his, quæ erga Dei Confessorem almificum Remaclum nosque ejus famulos &c. Et circa medium libri, quod videbatur aliud opus separatum, comperiebatur scriptum rubeis litteris: „Sigibertus Rex dat S. Remaclo. „& in textum: „Sigibertus Rex Francorum ad argumentum credimus pertinere,, &c. A quo medio ejusdem præacti libri incipiunt cotationes foliorum a primo usque ad numerum LXXXVI. inclusive, finiens Z idem*

*idem liber in hæc Verba: Datum Aquisgrani Dominica isti sunt dies Anni Domini MCCXXVII, Notarius, qui, Stabulensibus jubentibus & penicillum dirigen- tibus, tanta accuratione manuscriptum Triumphi codicem depingit, ut compa- cta adeo intestina, clausurarum figuram, corei colorem suis coloribus exprimat; paginarum formam, naturam, numerum ineat; operum, quæ eo continentur, discrimen attendat; nullam characterum & literarum diffe- rentiam in eo advertit. Itaque necesse est, ut concludamus, ab initio ad cal- cem eadem manu scriptum esse. Jam vero posteriora scripta sunt post annum MCCXXXVI, igitur & priora, quibus Triumphus continetur, post hunc annum scripta sunt. Edidit specimen scripturæ, hoc ex codice de promptum Martenus, atque ex characterum facie contendit, scriptum esse temporibus Henrici III. Imperatoris, qui obiit MCVI. Ego, qui MSS. codices multo pauciores, quam Martenus, oculis insurpavi, ex eadem Characterum specie contra contendi, scriptum esse, plurimis ab Henrici Imperatoris obitu annis. Nunc liquet, esse id recte à me disputatum, atque perperam Triumpho au- thoritatem accersi a codicis, in quo legitur, antiquitate. Non eam enim at- tingit quam illi Vindex eruditus tribuit. Cum de vita S. Popponis, quæ ea- dem, qua Triumphus S. Remacli, manu scripta est, disceptatione sequenti agemus, alia in hanc sententiam cumulabimus. Nunc ad tertium argumen- tum, quod superat adversus ipsum Auctorem Triumphi quodque proprius causæ viscera spectat, properamus. Est hoc quoque e Stabulensi Archivo pe- titum.*

Scilicet Auctori triumphali posset aliqua Auctoritas peti ex diplomate Hen- rici III. Imperatoris anni 1089. Edidit illud Martenus: sed ego spurium aut saltem interpolatum dixi. Ille propugnandum suscepit, ut autem liqueat propugnatum cassio conatu, duo ejus exempla hic subjicio. Alterum ex edi- tione Marteniana petitum est; alterum ipsi Stabulenses ante annos quadra- ginta iussu Principis Abbatis descriptum cum iis, quorum intererat commu- nicarunt.

#### EDITIO MARTENIANA.

**I**N nomine sanctæ & individuæ Tri- nitatis, respectu divinæ miseratio- nis electus tertius Henricus, gratia Dei Romanorum Imperator & Patri- cius. Quoniam comperimus auctho- ritate sanctæ scripturæ, omnem homi- nem de bonis exemplum accipere de- bere, dignum & justum fatemur, id magis imperialem celsitudinem solli- citius decere servare. Debet enim aucthoritas tantæ sublimitatis ali- quando revolvere, qualiter res ecclie- siarum Dei sitæ sint & quæ a præce- dentibus Regibus vel Imperatoribus in eis servientibus tradita sint, & ab eis tradita vel concessa auctoritatis suæ renovare aut roborare litteris. Unde noverit universitas fidelium nostrorum, tam præsentium, quam futuro- rum, illustrem virum Abbatem Ro-

#### EXEMPLIUM STABULENSE.

**I**N nomine sanctæ & individuæ Tri- nitatis, respectu divinæ miseratio- nis electus tertius Henricus, Dei gratia Romanorum Imperator Augu- stus & Patricius. Quoniam compe- rimus auctoritate sanctæ scripturæ, omnem hominem de bonis exemplum recipere dignum & justum esse, fate- mur id magis imperialem celsitudinem sollicitius debere servare.

Unde noverit universitas fidelium nostrorum, tam præsentium, quam futurorum,

dulphum

dulphum de Monasteriis Stabulaus  
sive Malmundarium cognominatis,  
quæ utraque quondam corporaliter  
vivens sanctus Remaclus sumptu &  
auxilio Sigiberti Regis infra forestem  
nostram in saltu Arduennæ fabricavit  
& consecravit; in quorum etiam prin-  
cipali, id est Stabulaus, corpore tenus  
sibi quiescere complacuit, nos cum  
monachis suis adiisse & scripta Vitæ  
ipsius Agii confessoris Christi Remacli  
nec non & præcepta regum Sigiberti,  
Hildrici, Theoderici, qui petitione  
ejus & ammonitione constructores  
fuerunt ipsorum locorum & sancta  
Imperatorum Karoli, Ludovici, trium  
Ottonum, sed & serenissimæ memo-  
riæ Heinrici Imperatoris, genitoris  
nostræ, detulisse & postulasse nostram  
celitudinem, ut omnia appendentia  
vel tradita ipsis ecclesiis a tempore S.  
Remacli per succendentia tempora,  
nostræ Imperialis præceptionis firma-  
remus autoritate. Est igitur nostra  
dignatione sanctum, ut quidquid  
Prædecessorum suorum temporibus  
in illis locis fuit traditum aut condo-  
natum, seu quod Abbatii Popponi Im-  
perator Heinricus ob suæ animæ mer-  
cedem in Hasbania reddidit benefi-  
cium, sive quod a divæ memoriae avo  
nostro ipso fuit restitutum, a comite  
Herimanno ex hærede mortuo per  
aliquanta tempora injuste detentum,  
Scalentia scilicet & Palisial, cum om-  
nibus appendiciis suis nec non & de-  
cimas ecclesiarum, quas prædecesso-  
ribus ipsius prædecessores nostri Im-  
peratores dederunt & confirmave-  
runt; & quidquid ad ipsa loca emit,  
sextam videlicet de Amblava & Tum-  
bis a Comite Godefrido de Engeis;  
vel quod de bono ecclesiæ concam-  
biavit Wendengias & Corworomon  
Abbatis Sancti Maximini data villa  
Asteleburnalococoncambii; seu quod  
ab Hæthelino Episcopo Bantbergensi  
& ejus præposito Luitpoldo concam-  
biavit prædiolum, scilicet Lukesenges,  
pro Wendengiis & duobus mansis

apud Andernaicum & pro nona de Buobarde , sine aliqua infractura maneat inconvulsu m. Quoniam vero prædecessores nostri Reges vel Imperatores suæ auctoritatis firmitate ipsis locis sanciverunt , ut Advocatus ipsorum Monasteriorum in curtibus ad ipsa loca respicientibus non præsumat mansuras aut paratas facere , redhibitiones vel feda exigere , aut placitum tenere aut parefredis sumere sibi , sine permisso Abbatis vel voluntate , eadem & nos ipsi Abbati & ejus successoribus firmando corroboramus banique nostri impositione , ne deinceps quisquam hæc audeat infringere , vigoramus : & quidquid sane acquisitum reperit in quibuslibet rebus ecclesiæ roboratur nostræ præceptionis auctoritate , habens emunitatem ab omni Advocateum infestatione. Et quoniam Monachis Malmundarii constitutis sancita antiquorum Regum vel Imperatorum non suffecerunt , sed sub duobus Abbatibus rescindere eadem Monasteria laboraverunt , quod a temporibus S. Remacli adhuc manet inconvulsu m: propter hoc , inquam , ne aliqua deinceps inter eos controversia fiat , quod evenisse temporibus Domini Imperatoris Ottonis secundi constat , quodque infra annos pueritiae nostræ per nos quorumdam non sano depravatos consilio , per quinquennium & eo amplius tempore , contigit evenisse , sed apud Curiam nostram Legiae celebratam in Pascha anno videlicet MLXXI. Incarnationis Dominicæ , ipsi sancto Remaculo nobis præsentialiter oblato , causa expetendae justitiae , qui utrorumque Cœnobiorum fundator illic per miracula , quæ Deus omnipotens per eum , nobis & fidelibus nostris præsentibus , dignatus est ostendere , claruit esse veracissime , quod a nobis erat discessum injustè ; fatemur nos juste sibi redditum perpetualiter redintegrasse . Et ideo statuimus firmissime , secundum nostrum Imperiale Edictum , ut

Quoniam prædecessores nostri Reges tñclicet Sigibertus , Hildricus , nec non Imperatores Karolus , Ludovicus , tres Ottones , seu serenissimæ memoriae Henricus Imperator , genitor noster , suæ auctoritatis firmitate sanciverunt , ut Advocatus locorum Stabulaus sive Malmundarium in curtibus , ad ipsa loca pertinentibus , non præsumat mansuras aut paraturas facere , redhibitiones aut feda exigere , aut placitum tenere , aut de placitis quicquam habere , aut palefridos accipere , eadem & nos Abbati & ejus successoribus firmando corroboramus : & quidquid sane acquisitum fuerit in quibuslibet rebus Ecclesiæ , sub eadem lege roboratur , nostræ præceptionis auctoritate , habens emunitatem ab omni Advocateum infestatione.

sub unius Abbatis regimine, sicut jupiter permanxit utrumque, sit deinceps subjectum *cænobium*. Et ut hæc nostræ concessionis ac renovationis atque confirmationis de omnibus his plenior habeatur auctoritas, manu propria hoc præceptum subterfirmavimus & Sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

Signum Domini Heinrici tertii Romanorum Imperatoris Augusti, Humbertus Cancellarius vice Ruothardi Archicancellarii recognovi.

Data est X. Kalend. Decembris, Anno ab Incarnatione Domini ML XXXIX. Indictione XII. Anno autem Domini Heinrici tertii Romanorum Imperatoris Augusti regni quidem XXXVI. Imperii vero VI. Actum Maguntiæ in Christi nomine feli- citer Amen.

Gemina hæc exempla, qui sollicite inter se composuerit, deprehendet illico, esse exempla unius ejusdemque diplomatis. Eadem clausula, eadem verba, ubi de Advocati juribus agitur, idem in utroque exordium. Sed sunt multa in Marteniano, quæ in Stabulensi desiderantur; quare aut illud interpolatum, aut hoc castratum est: alterum rejiciendum, alterum recipiendum. Utrum autem? Martenianum pridem rejeci; nunc vero multo acrius, quam antea, rejiciendum esse contendo. Nam primo quidquid in eo vides, quod in altero non est, non modo illud potest absesse salvo diplomatis ordine & forma; sed omnino si absit, diploma magis cohæredit & planiore gradu ad finem decurreret. Adhæc, quæ in utroque convenient, ea multo saniora sunt in Stabulensi, quam in Marteniano exemplo. Denique quæ in Marteniana editione abundant, ea ita comparata sunt, ut vel si exemplum stabulense absit, interpolatio aut corruptio manibus palpetur. Licet nunc tam fidenter loqui, quia Martenus ad ea, quæ disceptatione secunda adversus hoc diploma congregaveram respondendo, id ita præstítit, ut nunc palam sit, non posse ea convelli.

1. Abbas Rodulfus *illustris* nuncupatur. Erat hic titulus seculis superioribus Regum & Ducum proprius: negavi, cuiquam Abbatii Regulari unquam concessum fuisse. Esse id rectè a me negatum, suo Martenus silentio fatetur. Quanquam enim simulat, se argumenta mea ad unum omnia convellere velle; atamen ne ad hoc quidem ausus est aggredi.

2. *Propter hoc, INQUAM, ne aliqua deinceps inter eos controversia fiat.* Triviale hoc INQUAM unde in diploma aliquod Imperatorium irrepserit, miratus sum. Imperator ubique dixerat, concedimus, facimus, jussimus: eadem diccebam eum gravitate locuturum fuisse. Adversarius postquam aliquot scommata & maledicta religiosis sparsit manibus, pergit: *Si Regum & Imperatorum diplomata omnia ad Grammaticæ leges corrigere velis & emendare, ante deficiet vita, quam emendanda.* Verum his ingeniosis salibus non tam mollietur, quam augetur difficultas. Sane diplomata antiqua non sunt exigenda ad regu-

regulas artis Grammaticæ, quæ nunc in scholis viget: sed exigenda sunt ad regulas illius artis grammaticæ, quæ quovis sæculo quavis in aula vigebat. Si Ciceronis elegantiam in diplomate aliquo Henrici III. videris; negabis esse Henrici. Si in Henrici diplomate aliquo offenderis scabrosam illam barbariem, qua Clodoveorum & Dagobertorum horrescunt diplomata; negabis item esse illud Henrici III. Nonne Alexander III. in judicio, quod Mabilionius *de re Dipl.* pag. 623. recitat, suspectum declarat Zachariæ privilegium propter stylum dictaminis & corruptionem artis grammaticæ? Nonne aliud Leonis privilegium dubiis accenset propter vitium & corruptionem Grammaticæ artis? Nonne Gregorius VII, teste Mabillonio *de re Dipl.* l. 2. cap. 1. quoddam Privilegium nomine *Alexandri II.* titulatum rejicit, duabus ex causis: quarum prior est *Corruptio Latinitatis*. Quin vero, qui crisin meam tanto supercilie despicit Martenus, vel unam chartam producit, in qua Imperator aut Rex quis, eam, quam rideo, loquendi rationem usurparit? fane scio, eandem quoque occurtere in diplomate, quod Ottoni II. tribuitur. Sed hoc ipsum diploma Martenus eodem ex armamentario educit, unde Henricianum. Quis vero sibi persuadeat, Geminos hos Imperatores Stabulensis gratia fecisse, quod neque ipsi ullibi unquam, neque Imperator ullus uspiam fecerit? Ceterum videbit Adversarius, an mihi tabellam XLI. apud Mabillonum opponere velit.

III. Abbatii Malmundario-Stabulensi confirmatur id, quod Poppo Abbas ab Hathelino Episcopo Bambergensi & ejus preposito Luitpoldo concambiarvit prædiolum scilicet Lukesenges, pro Wendengiis. Martenus, posito ad hunc sui diplomatis locum asterisco, in calce paginæ hanc notationem facit: *Hathelinus desideratur in serie Episcoporum Bambergensium apud Bucelinum, collocandus inter Hermannum anno 1075. a Gregorio VII. exauktoratum, & Rupertum, qui anno 1089. præfuisse reperitur.* Scilicet intelligebat, diploma suum spurium & interpolatum esse, nisi in serie Episcoporum Bambergensium esset Episcopus aliquis *Hathelinus* nomine. Verum ex Hoffmanno & Goldmayero ostendi, nemini *Hathelinus* locum esse inter Hermannum & Rupertum Episcopos Bambergenses. Fatetur; sed ut huic Diplomatis vulneri alio emplastro medeatur, ab anno 1075. ad 1040. gradum reflectens, eo nunc dilabitur, ut dicat: *Hic Hathelinus idem est ac Sugerus seu Suitgerus: qui proinde fuit binominis, uno in diplomate dictus Sugerus, in altero Hathelinus.* Profert deinde unum aut alterum antiitem, cui duo diversa nomina fuerint. Poterat his addere *Arietem* Brixinensem, qui in versibus, quos Mabillonius in Analectis, non intellectos, edidit, *Aelim* voce hebræa nuncupatur: poterat addere *Arnonem* Juvaviensem; poterat alios. Sed quid haec ad institutum? Fuerint aliqui *binomii*; Binomios ideo credimus, quia ita testantur scriptores veteres. At qua de causa Martenus *Sugerum* binomium dicit? Scilicet, ne cogatur fateri, se diploma corruptum edidisse. Nam de *Suitgero* creberrima in ictitoribus æqualibus mentio. Fuit is primum Episcopus Bambergensis, deinceps Pontifex Romanus. Meminerunt ejus scriptores Itali & Bambergenses; e nostris Hermannus Contractus, Sigebertus, Marianus, Lambertus, Conradus, Otto Frising. Annalista & Choronographus Saxones, annales Hildesheimenses aliquique sexcenti. Observant, cum ad Romanam cathedralm evectum *Clementis II.* nomen assumpsisse; at nemo homo observat, *Hathelinum* nuncupatum fuisse.

IV. Data est VIII. Kal. Jun. anno Dominicæ Incarnationis MLXXIII. Inditione XI. anno autem Ordinationis Domini Heinrici IIII. Regis XVIII. Regni vero XVII. Ita habet subscriptio Diplomatis, quod Heinricus III. Einsidensibus concessit, apud Hartmannum in Annalibus. Ita habent alia hujus Imperatoris Diplomata. Distinguit inter annos Regni & annos Ordinationis. Illos repetit a mense Octobri anni 1056, quo Henricus II. mortuus est; hos a Kal. Junii anni 1054, qua hujus anni die ab Hermanno Pio Coloniensi Archiepiscopo Aquisgrani in Regem coronatus est. In Diplomate Marteniano annus Regni XXXVI. cum anno 1089. componitur; jam vero patet, tricesimum quartum a patris obitu, non item tricesimum sextum cum hoc anno componi. Hoc ego Martenum, ut par erat, monui. Homini erudito non hæsit aqua. Reposuit, Henricum hic numerare abs quo Aquisgrani coronatus est. Verum vidimus jam, annos, qui a coronatione ducuntur, non esse annos Regni, sed Ordinationis; atque duo hæc inter se sollicite distingui. Quare cum hic agatur de annis Regni iisque ab anno 1056, quo Henricus II. obiit, repeatantur, omnino notæ Diplomaticæ chronicæ cubant in mendo.


V. Est illud datum Maguntiae. Qua autem die? X. Kal. Decembris anni MLXXXIX. Expendendum putavi, an Henricus hoc tempore Maguntiae fuerit. Auctores æquales scribunt, eum hoc anno in vigilia Assumptionis B. V. Mariæ castrum Glico in Thuringia obsedisse; illudque, inquit Dodechinus, usque ad Nativitatem Domini obsidebat. Igitur eo, quod Diploma signat, tempore Maguntiae non fuit. Consequentiam negat Martenus. Nam aut per suos Glico castrum obsidione cinxit pridie Assumptionis, aut si per se cinxit, paucis post diebus obsidionis negotio suis derelicto, cum hæc longius duceretur, quam sperasset, ut præsentia milites ad audendum excitaret, in castra reversus, in vigilia Nativitatis Domini commissso atrocí prælio vicit fugatusque est. Dubitat Martenus, an Henricus per se, an per suos Castrum Egberti cinxerit? poterat eadem ratione dubitare, an ipse præsens an in suis viciis fuerit; an per se an per suos fugam arripuerit? E Thuringia eum Maguntiam transferrit, delictis ibi immergendum. Rationibus & argumentis causam suam tueri non poterat; ad ultimam naufragorum tabulam, ad systemata confugit; sed cassio conatu. Nam primo aperte testatur Dodechinus, eum Glico castrum ad vigiliam Nativitatis usque obsedisse. Deinde non erat istud Viri fortissimi & constantissimi ingenium, ut bellicos labores declinaret; denique non erant res ejus ita comparatae, ut, exercitu derelicto, per Germaniam sibi rebellem vagari sustineret. Glico castrum Maguntia milliaribus Germanicis triginta distat. Eo Henricum obsidionis tempore transferre, non est nisi hominis, qui quovis pretio errorem tueri conatur.


VI. In formula initiali non placebat, quod se Henricus nuncuparet respectu divinae miserationis electum tertium Henricum, gratia Dei Romanorum Imperatorem & Patricium. Est enim, quod fatetur Adversarius, hoc sine exemplo. Attamen insolentem hunc titulum propugnandum suscipit. Possent ejus argutiae ex facili retundi; sed præstat monere, Stabulenses ante annos quadraginta idem hoc Diploma Malmundarium misisse; sed ea initiali instructum formula, qua cetera Henrici Diplomata, genuina scilicet & sincera. Quare in ea propugnanda oleum perdidit & operam eruditus Vindex. Verum in exemplo Diplomatis, quod ego Marteno opposui, quodque sicutum credo, eadem formula occurrit. Occurrit omnino. Sed hoc a me facit. Inde enim liquet, hujus exempli descriptorem advertisse, quod illud de cetero idem sit cum Marteniano; quare, ut id magis liqueret, genuina formula

imprudenter rejecta, Martenianam temerario ausu adoptavit. Removeatur; nihil erit amplius in eo, quod stylo, Historiæ, rectæque rationi aduersetur; itaque nihil erit, quare non genuinum credatur. At in Marteniano, præter voces *inquam & illustris*, semel & iterum *cœnobium* pro monasterio legitur: quæ sunt non levia contra illius ætatis stylum peccata, Hathelinus invita omni Historia in cathedralm Bambergensem intruditur, anni regni perperam notantur, Henricus Rex eo tempore Moguntiæ constituitur, quo plusquam triginta milliaribus Moguntia aberat. Quodque his omnibus prævalet, ordo rerum in eo interrupitur, inutili verborum sartagine singuli versus horrescunt; affectata narratione, loco & tempore non suo, primatus Stabulensium inculcatur. Sed hæc legendo adverti possunt, scribendo indicari nequeunt. Evidem non vereor, ut quisquam, quæ in meo exemplo absunt, neget ab interpolatoris alicujus manu in Martenianum irrepsisse. Hæc autem si interpolata sunt, concidit præcipuum fulcrum, quo Martenus Triumphum S. Remacli fulcire conabatur; cuius labefactandi causa hæc disputata sunt.

Antequam huic Appendici finem faciam, præripienda est omnis Adversario conquerendi ansa. Henrici II. Diploma excerptam, ut Hathelinum, quod non infeliciter præstiti, ex Episcoporum Bambergensium serie ejicerem. In hoc excerpto legitur Popo Abbas, qui anno 1048. obiit, prædiū Lukefengias ab ecclesia Bambergensi, ecclesiis Malmundariensi & Stabulensi acquisivisse, dato, ex parte horum Monasteriorum, Bambergensis *bono de Wendengiis*; quod bonum, ipso fatente Marteno, nunquā deinde ad Stabulenses rediit. Itaque ut hoc excerptum non esset necesse secundo rescribere, statim gradum feci ad Diploma anni 1065. in quo Stabulensis *bонum de Wendengiis* confirmatur; dixique illud corruptum esse; quia Stabulensis *Wendengias* confirmaret, quas, superiori excerpto docente, constaret, ante annos plurimos in jus ecclesiæ Bambergensis transisse. Sensit vim argumenti Adversarius; eam ut eludat fingit, me hac observatione Diploma anni 1089. oppugnare, atque magnis nisibus illud ab hac impugnatione vindicare laborat. Id vero quid aliud est quam auras verberare? quam sibi, quam aliis fucum facere velle? Id tamen dum facit, malæ me fidei summa confidentia postulare non dubitat. Sed Viri religiosi maledicta & criminationes, scommata & convicia eo æquiori animo fero, quod prudens quisque intelligat, eum nunquam humanitatis, decori & modestiæ leges tanta immoderatione violaturum fuisse, si me rationibus & argumentis oppugnare potuisset.

F I N I S.







O. & H. G.

439.

